This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.


+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

A 476325 DUPL


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

~~[illegible]~~
[illegible]
Pban
[illegible]
[illegible]

# PLUTARCHI
# OPERA MORALIA SELECTA.

AD CODICES

EMENDAVIT ET ILLUSTRAVIT

AUGUSTUS GUILIELMUS WINCKELMANN.

SUPPLEMENTUM EDITIONIS WYTTENBACHIANAE.

VOLUMEN PRIMUM

CONTINENS

## EROTICUM

ET

## EROTICAS NARRATIONES.

TURICI,

TYPIS ET IMPENSIS FRIDERICI SCHULTHESSII.

1836.

# PLUTARCHI
# EROTICUS
ET
# EROTICAE NARRATIONES.

AD CODICUM FIDEM RECENSUIT

COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT, LATINAM XYLANDRI INTERPRETATIONEM ET INDICES ADIECIT

AUGUSTUS GUILIELMUS WINCKELMANN.

PROFESSOR GYMNASII TURICENSIS.

ACCESSERUNT PLUTARCHI FRAGMENTA DE AMORE.

TURICI,

TYPIS ET IMPENSIS FRIDERICI SCHULTHESSII.

1836.

[Amatorius, Latin & Greek]
LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF MICHIGAN

# PLUTARCHI EROTICUS ET EROTICAE NARRATIONES.

AD CODICES EMENDAVIT,

COMMENTARIIS ILLUSTRAVIT, LATINAM XYLANDRI INTERPRETATIONEM ET INDICES ADJECIT

AUGUSTUS GUILIELMUS WINCKELMANN,

PROFESSOR GYMNASII TURICENSIS.

ACCESSERUNT PLUTARCHI FRAGMENTA DE AMORE.

TURICI,

TYPIS ET IMPENSIS FRIDERICI SCHULTHESSII.

1836.

**JOANNI CASPARO ORELLIO**

**CAROLO JULIO SILLIGIO**

**JOANNI GEORGIO BAITERO**

HOC SPECIMEN

OPERAE SUAE IN PLUTARCHI OPERIBUS MORALIBUS EMENDANDIS ET ILLUSTRANDIS

POSITAE PONENDAEQUE

CONSECRAVIT

GRATO ANIMO

**EDITOR.**

# PRAEFATIO.

Post WYTTENBACHIUM, virum ingenii pariter ac doctrinae laude florentissimum, qui primus post longum annorum decursum Plutarchi Scripta Moralia, quae dicuntur, diuturno situ obducta purgare nitorique reddere instituit, nemo est inventus, qui, quod ille opus praematura morte nostris literis ereptus non ad finem perduxit, absolveret, nedum qui novae recensionis instituendae consilium agitaret. Et tamen adornandae editionis, quae et parabilior esset modicoque pretio venum iret et nostratium desideriis satisfaceret, in dies major necessitas urgebat. Nam WYTTENBACHIUM, etsi immortaliter meritus est de Plutarcho egregieque plurima constituit et illustravit, tamen melius interpretis quam critici provinciam administrasse, qui aliquam cum ejus commentariis contraxerunt familiaritatem, norunt omnes. Neque enim ea, qua par est, cura ac severitate Plutarchi verba ad suorum codicum fidem exegit, sed in enotandis scripturae discrepantiis nullam certam rationem secutus optimas lectiones vel praetermisit vel animadversas non recepit, neque exemplaria impressa vetusta, Aldinum dico et Basileense, satis diligenter in consilium adhibuit, unde factum, ut plurima menda e superioribus bona fide suscepta et propagata in suam editionem transferret; et denique, quod maximi est momenti in docto scriptore, poetarum versus, quibus tanquam luminibus orationem suam Plutarchus distinxit, non satis curiose rimatus est et investigavit, neque inventos feliciter emendavit. Quae dixi desiderari in WYTTENBACHII editione, ea tam gravia sunt ac magna, ut qui novae editionis spem fidemque faciat, et codicum per Wyttenbachium collatorum *) denuo excutiendi laborem aerumnae ac

*) Wyttenbachius, ut comperi, non ipse nisi ad paucos libros, dum Lutetiae commorabatur, codices optimos ibi asservatos manibus tractavit et contulit aliis negotiis intentus, sed domum redux hoc munus Capperroniero mandavit. Qui quam supina negligentia et incuria officio functus sit, ex meis commentariis cognosci poterit.

taedii plenum in se recipiat, non vituperio ut acta agens, sed acri stimulo ut rem perutilem suscepturus dignus esse videatur. Profecto non fuit iniqua sors Plutarchi nostro tempore et speraveram, eorum aliquem, qui nunc in Plutarcho habitant, in vacuam posessionem involaturum. Sed quum intellexissem, Vitas potissimum hominum eruditorum studiis celebrari, Moralia vero scripta, ad quae difficilior et impeditior est aditus, paucos attingere, ipse coepi illa spe dejectus viam ab aliis non tritam ingredi viresque meas tenues in hoc campo periclitari, virorum, quorum plurimum apud me valet auctoritas, consiliis et adhortationibus corroboratus. Ne vero majus opus quam pro ingenii mei mediocritate moliri videar, neque otio abundans neque magna codicum supellectile instructus, nunc quidem artioribus me ipse finibus circumscripsi et nomen fidemque profiteor de iis duntaxat libris edendis, quos Wyttenbachius uberioribus criticis et exegeticis commentariis non instruxit. Quae res si ex voto cesserit, tum omnia Plutarchi opera moralia ad codices recensa duobus tribusve voluminibus comprehensa brevissimaque adnotatione adjecta edere decrevi.

Eroticum ut eligerem, qui agmen duceret librorum Plutarchi a me edendorum, partim admirabilis hujus opusculi elegantia ac venustas partim insignis scripturae corruptela et labes me commovit, ut in tam exiguae molis libro luculente cognosceretur, quid reliqui fecerit WYTTENBACHIUS posteris editoribus. Verissime enim D. RUHNKENIUS ad WYTTENBACHIUM (Epistol. ed. Mahne. Vlissingae 1832. p. 17.) haec scripsit: „*Est, ut scribis, aureus Plutarchi liber de numinis vindicta. Verum tamen Amatorius latiorem tibi campum, in quo critica facultas excurrere cognoscique posset, praebuisset.*“ Prima ac potissima mihi cura fuit, ut scriptoris verba quam emendatissime scripta exhiberem. Qua in re egregie mihi profuerunt duo Parisini libri, a FR. DUEBNERO tam insigni cura et ἀκριβείᾳ meum in usum excussi, ut nil posset supra: alter optimae notae

CODEX MEMBRANACEUS PARISINUS Nro. 1672. litera E. a Wyttenbachio insignitus; alter qui bonitate longe inferior est

CODEX CHARTACEUS PARISINUS Nro. 1675. litera B. a Wyttenbachio insignitus. Ad quos in Eroticis Narrationibus accessit

CODEX MEMBRANACEUS PARISINUS Nro. 1671. litera A. a me insignitus, a Wyttenbachio quidem non collatus.

De his et aliis subsidiis criticis uberius dicendi copia fiet in praefatione ad volumen secundum, quod continebit *Symposiacas Quaestiones*. Has meas

criticas opes ut nova accessione augerem, effecit amicitia L. SPENGELII, V. Cl., qui mihi benigne descripsit ea, quae in margine exemplaris Plutarchi Aldini in Monacensi bibliotheca asservati a Victorio aliisque allita deprehendit. Quae etsi videbam plerumque consentire cum farragine illa Turn. Vulc. Bong. tamen nolui committere, ut quae aliquid emolumenti afferre viderentur ad textum rectius constituendum, ea hic omitterem, sero accepta, libri mei parte majore prelis commissa:

Hutten. XII. p. 1. *νῦν*] *γρ. νοῦν.*

p. 2. *ἑξῆς*] *ἐξ ἧς* .|. *ἑορτὴν ἦγε*] inser. *καὶ* .|. *λύσανδρον*] *λυσάνδρας* .|. *τιθόρας*] corrige *τιθοραίας· πόλις δὲ ἐστι βοιωτίας ἐν ἄκρᾳ παρνασσοῦ. ἐνταῦθα ζῆθος καὶ ἀμφίων ἐτάφησαν.*

p. 3. *παραχωρῆσαι*] *παραχωρεῖται* .|.

p. 4. *ἀθέατος αὐτῶν*] *ἄθικτος αὐτῷ* .|. *καθῶς*] *καχῶς* .|. *λήθη δὲ*] *μὲν* .|.

p. 5. *ἐκείνων*] *ἐκείνου* .|. *κυκλῶσαι*] *κυκλώσας* .|. *αἰσχίστως*] *αἰσχίστοις* .|. *φιλοψυχία*] *φιλοψία* .|.

p. 6. *ἐπαγγελῶν*] *ἐπιγελῶν* .|. *ἢ ἐπεγγελῶν.*

p. 7. *οὐσία*] *οὐ συνουσίας* .|. *ἐς θήβης*] *ἐσθ' ἥβης. μήρων καὶ γλυκεροῦ σώματος*] ex Athen. et Apuleio *γρ. μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.*

p. 8. *πικρῶν*] Ath. *γρ. πυκνῶν. κατηδέσω*] Ath. *ἐπιδώσω σω. μυρία*] *μήρια* lego. *κἄχαρις*] *ἄχαρις.*

p. 9. *παιδὸς πορεῖσθαι*] *παιδοσπορεῖσθαι* .|. *παραδοὺς*] *παραδὺς* .|.

p. 10. *γλυκεῖα*] *γρ. γλυκεῖ'. συντῆσθαι*] *συνηρτῆσθαι* .|. *ἐπὶ*] *ἐπεὶ* .|.

p. 11. *συνδιακεκαλυμμένῳ*] *συνδιακεκαυμένῳ.* .*δ.*] *διὰ* .|.

p. 12. *μὲν ὦσι*] *μένωσι* .|. *βελτίω*] *βέλτιον* .|. *ἡβωὴ*] *ἡβώοι.*

p. 14. *τί δὲ ἢ*] *εἰ* .|. bis. Tum in lacuna Victor. in marg. *πεῖνες* nullo signo addito.

p. 15. *ἐπιτράψαντος*] *ἐπιγράψαντος.*

p. 16. *βασιλέως ἢ*] *καὶ* .|. *ἴχνος ὢν*] *ὡς* .|.

p. 17. *ἐνιὼ τῶν βάκχων*] *ἔνιοι τῶν βάκχωνι* .|.

p. 18. *προσήκει*] *προςείη* .|.

p. 20. *εἰληφέναι τὸν*] *τὴν* .|.

p. 21. *ἐπὶ τηλικαύτην*] *ἐπεὶ* .|.

p. 22. *ταράττεσθαι*] *ταράττηται* .|.

p. 23. *τινὰς*] *τιμὰς* .|.

p. 24. Hic Parmenidis versus est ap. Plat. et Simplic. in Phys. ὦ τῶδε] αὖ ὧδε.

p. 26. φλανότερον] corr. Vict. φαυλότερον.

p. 27. ἀπολαύνοντας] ἀπολάβοντας .|.

p. 28. ἀπρεπὴς] εὐτερπὴς .|. ἢ εὐπρεπής. θνητὸν] θυ τῶν .|. (arrosum).

p. 29. ἀλλ' ἀπειθῶ] ἀλλ' ἡ πειθὼ .|. ἐπὶ τόπῳ] ἐπὶ τούτῳ .|.

p. 30. ἀρχὴν] ἀπὸ .|. κυρβάντεσι] κορυβάντεσι.

p. 31. ἐξαλλαχῆς] ἐξαλλαγῆς .|.

p. 32. ἔρωτι] ἐρῶσι .|. ἐνέργειαν] fort. ἐνάργειαν. Quint. VI. 107. (Vict.) ἀλλ' οἱ] αἱ.

p. 33. ἐστὶ δραχμῆς] οὐ inser.

p. 34. κάββας] κάλβας .|. ἴσως δεινὸν] οὐ inser. .|. ἐκπρέπους] γρ. ἐκπρεποῦς Vict. φαῦλος] φαύλιος .|.

p. 35. γενομένου] γενόμενον .|. ἑτέρων] ἑταίρων .|. Lacunam ex Soph. Antig. supplevit Victor.

p. 37. ἀντίοις] γρ. αἰτίοις (nova manus ignota).

p. 38. add. ὅς.

p. 40. ἄλλου] ἄδου .|. ληπταὶ] λιταὶ .|. (γρ. λεπταὶ Vict.) ἑλᾶν] ἑλεῖν .|.

p. 41. ἁπλοῦς] ἁπλῶς .|.

p. 42. εὐ δαιμόνιον] οὐ δαιμόνιον .|. τότε] τόγε .|. κλινίας] κλίνας .|. κακὸν] κἄκον. φθέγγεσθαι] γρ. φλέγεσθαι (Vict.)

p. 43. οὗτος] οὕτως .|.

p. 44. ἐπὶ νοῦν] γρ. ἐπεὶ νῦν (Vict.) ὅθεν προσίενται] οὐ inser.

p. 46. βίαις] βιαίως. διαφῆναι] διασαφῆναι. τὴν γῆν] ἥλιον.

p. 48. ἑτέρωθι] γρ. ἔρωτι Vict. Tum idem supplet ὄντες τοῦδ' ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ laudato Eurip. Hippolyt.

p. 50. σκότους] σκοτίους .|.

p. 51. θείων] θεῶν .|.

p. 52. πάθος] πάχος .|.

p. 53. καὶ τωργίαται] κατωργίασθαι .|. ταχέως] ταχὺ ὡς .|.

p. 54. θρυπτὰ] ἄθρυπτα .|.

p. 56. τὸ ἐμὸν ἕξει] οὐχ inser. .|.

p. 57. νόμων] νόμῳ .|. ἐπέφευγε] ἐπέφλεγε .|.

p. 58. τὰς ἄλλας] τοὺς .|.

p. 59. ἐννοήσας] ἐμβοήσας.

p. 63. δεκτικὸν] γρ. δηκτικὸν. ὁρῶσιν] ἐρῶσιν .|.

p. 64. μέρος] ἵμερος .|. ἐπεὶ] ἔτι .|.

p. 65. ὑπὲρ] ὑπὸ .|. ἅμα] καὶ add. .|.

p. 67. χαμνωτικὸν] μανωτικὸν .|. vel magis χαυνωτικὸν.

p. 68. βασιλεύων ὡς] βασιλευόντων .|. deleto ὡς. θεσπιέων] θεσπιῶν .|. χαλεπός ἐστι] οὐκ inser. .|.

Porro ALDINAM et BASILEENSEM editionem, quas videbam multo saepius quam Stephanianam cum optimis libris conspirare, diligenter in auxilium vocavi, et quae XYLANDER, REISKIUS, alii ad emendandam scripturam contulerunt, cum ratione et religione summa usus sum, sed de ARNOLDI FERRONI*) erroribus mirisque commentis fere silere satius duxi. Ubi vero vulgata in vitii suspicionem adducta nihil auxilii attulerunt libri, vel intactum reliqui gravius vulnus vel raro conjecturis meis subito celerique partu natis, quas scio judicibus intelligentibus placuisse, locum in textu concedere ausus sum, etiam plura sola conjecturae ope invenienda restare animadvertens. Tum sedulo operam dedi, ut poetarum versus latentes eruerem investigatosque a Plutarchi verbis separarem et melius quam adhuc factum esset constituerem et emendarem; quo in genere quam multa WYTTENBACHII notitiam aciemque effugerint, nolo hic ambitiose commemorare, quanquam videbor nonnullis omnem modum excessisse. Denique quum, si qui alius liber Plutarchi, Eroticus maxime lacer et lacunosus ad nostram aetatem pervenerit, ut expleturi idoneum, cui inniterentur, haberent fundamentum, ne illud quidem ab instituto meo alienum visum, accuratissime ambitum lacunarum e libris indicare; qua in re licebat admirari insignem priorum editorum ipsiusque Wyttenbachii negligentiam, qui prius de resarcienda jactura cogitaverint, quam quantum esset, quod in membranis deesset, cognoverint. Quibus omnibus hoc effectum esse credo, ut textus a me repraesentatus multo locupletior et emendatior prodierit vulgata, quanquam in tanta subsidiorum criticorum penuria et editorum paucitate plurima restare emendanda non est mirandum.

*) Arnoldi Ferroni interpretatio latina, cui breves notae adjectae sunt, prodiit sub hoc titulo: *Plutarchi Chaeronei Eroticus, Interprete Arnoldo Ferrono Burdigalensi Regio consiliario ad Franciscum Nomparem Caulmontionum Regulum. Lugduni Apud Joan. Tornaesium.* M. D. LVIIi Hunc librum diu frustra anquisitum, tandem e bibliotheca Bernens. intercedente Guil. Müllero meo, qui nunc cum laude Bernae bonas literas docet, oblatum intellexi plane inutilem esse.

Alterum quod est editoris officium, cum priore vinculo artissimo connexum, ut scriptoris verba illustret, eo vero non minus strenue functus sum. Nam ut in aliis scriptoribus utriusque negotii commode discidium fieri possit, tam multiplex ac paene infinita est vis doctrinae Plutarchi, tam admirabilis rerum humanarum et divinarum scientia, ut qui audaciae temeritatisque crimen extimescens, sola emendatione contentus, interpretationem negligat, parum sit cordatus et male lectorum commodis consulat, praesertim quum etiam hic ager incultus jaceat horridusque squaleat. Quam ob causam non illud quidem egi, ut perpetuitatem enarrationis adhiberem, sed ut interpretandi oblectamento criticae artis quasi quandam austeritatem leniens dicendi scriptoris consuetudinem explanarem, obscuritatem sive in rebus sive in verbis positam removerem, et quos aliorum scriptorum locos imitatione expresserit Plutarchus, indicarem, tum ut in principio animadversionum eos scriptores veteres, qui in eodem argumento illustrando operam suam collocaverunt, recenserem, quod institutum tam fontes, e quibus Plutarchus hauserit, perscrutantibus quam uberiorem graecae philosophiae historiam contexentibus quam utile futurum sit, non eget ullo monitore. Eandem rationem tenebo in ceteris libris, in quibus mihi licebit breviori esse.

Aequi vero et intelligentes existimatores, quorum censuras cupide exspecto, an praestiterim quae pollicitus sum judicent. Equidem malevolorum voces contemnens amplissimum laboris praemium tulisse mihi videbor, si mea opera effecero, ut et alii mecum una in eodem stadio decertare in animum inducant et Plutarchi opera moralia plus justo neglecta debitum recuperent honorem diligentiusque a nostratibus manibus terantur, laetorque impense, nunc SAUPPIUM meum, a cujus doctrina atque ingenio optima quaeque sperare licet, novam Vitarum X Oratorum editionem meditari.

Praefandi munere de instituto meo defunctus reliquum est ut summas gratias agam GODOFREDO HERMANNO, praeceptori pie colendo, et THEODORO BERGKIO meo, qui rogati pro solita benignitate de aliquot locis difficilioribus per literas sententiam suam mecum communicaverunt et egregias emendationes expromserunt.

Scribebam Turici, Idibus Martiis a. MDCCCXXXVI.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

## ΕΡΩΤΙΚΟΣ.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

## ΕΡΩΤΙΚΟΣ.

---

*ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΣ.* Ἐν Ἑλικῶνι φῂς, ὦ Αὐτόβουλε, τοὺς περὶ Ἔρωτος λόγους γενέσθαι, οὓς εἴτε γραψάμενος εἴτε καταμνημονεύσας τῷ πολλάκις ἐπανερέσθαι τὸν πατέρα νυνὶ μέλλεις ἡμῖν δεηθεῖσιν ἀπαγγέλλειν.

*ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ.* Ἐν Ἑλικῶνι παρὰ ταῖς Μούσαις, ὦ Φλαουϊανὲ, τὰ Ἐρωτικὰ Θεσπιέων ἀγόντων· ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν, ὥσπερ καὶ ταῖς Μούσαις, καὶ τῷ Ἔρωτι φιλοτίμως πάνυ καὶ λαμπρῶς.

*ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΣ.* Οἶσθα οὖν, ὃ σοῦ μέλλομεν δεῖσθαι πάντες οἱ πρὸς τὴν ἀκρόασιν ἥκοντες;

19 *ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ.* Οὐχ· ἀλλὰ εἴσομαι λεγόντων.

*ΦΛΑΟΥΙΑΝΟΣ.* Ἄφελε τοῦ λόγου τὸ νῦν ἔχον ἐποποιῶν τε λειμῶνας καὶ σκιὰς καὶ ἅμα κιττοῦ τε καὶ σμιλάκων διαδρομὰς καὶ ὅσα ἄλλα τοιούτων τόπων ἐπιλαβόμενοι γλίχονται τὸν Πλάτωνος Ἰλισσὸν καὶ τὸν ἄγνον ἐκεῖνον καὶ τὴν ἠρέμα προσάντη πόαν πεφυκυῖαν προθυμότερον ἢ κάλλιον ἐπιγράφεσθαι.

*ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ.* Τί δὲ δεῖται τοιούτων, ὦ ἄριστε Φλαουϊανὲ, προοιμίων ἡ διήγησις; εὐθὺς ἡ πρόφασις, ἐξ ἧς ὡρμήθησαν οἱ λόγοι, χορὸν αἰτεῖ τῷ πάθει, καὶ σκηνῆς δεῖται, τά τε ἄλλα δράματος οὐδὲν
3 ἐλλείπει· μόνον εὐχώμεθα τῇ μητρὶ τῶν Μουσῶν, ἵλεω παρεῖναι καὶ συνανασώζειν τὸν μῦθον.

β΄. Ὁ γὰρ πατὴρ, ἐπεὶ πάλαι πρὶν ἡμᾶς γενέσθαι τὴν μητέρα νεωστὶ κεκομισμένος ἐκ τῆς γενομένης τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν διαφορᾶς καὶ στάσεως ἀφίκετο τῷ Ἔρωτι θύσων, ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἦγε τὴν μητέρα· καὶ γὰρ ἦν ἐκείνης ἡ εὐχὴ καὶ θυσία· τῶν δὲ φίλων οἴκοθεν μὲν αὐτῷ

---

F. 7. ὃ σοῦ] Wyttenb. cum Mez. Xyl. Reisk. ὅσου BE. Vulgo ὅσον.
A. 1. οὐχ] BE. Wyttenb. οὐκ.
A. 3. σμιλάκων] BE. Vulgo λάκκων.
A. 8. ἡ πρόφασις] BE. Ald. Bas. Xyl. Mez. Wyttenb. Vulgo abest ἡ.

# PLUTARCHI
## AMATORIUS LIBER.

I. FLAVIANUS. In Helicone ais, Autobule, sermones de Amore fuisse habitos, quos vel conscriptos abs te vel memoria comprehensos, quod de iis subinde e patre quaesivisti, nunc nobis rogatu nostro es enunciaturus.

AUTOBULUS. In Helicone apud Musas, Flaviane, Amatoria agentibus Thespiensibus: nam certamen quinquennale celebrant ut Musis ita etiam Amori, magnifice admodum et splendide.

FLAVIANUS. Scisne quid petituri abs te simus, quotquot ad audiendum confluximus?

AUTOBULUS. Non, sed novero, ubi dixeritis.

FLAVIANUS. In praesentia noli sermoni inserere poetarum prata et umbras, hederaeque et aquae discursus aliaque id genus, quae nonnulli in locorum descriptionem trahentes satagunt Platonis Ilissum et viticem illum leniterque sursum emissam herbam studiosius quam rectius transscribere.

AUTOBULUS. Neque vero, mi Flaviane, narratio his opus habet exordiis. Ipsa statim occasio, unde coepta fuit disputatio, chorum flagitat, scenaque indiget, et reliqua nihil a dramate absunt. Precemur modo matrem Musarum, ut propitia sit nosque in sermone commemorando adjuvet.

II. Pater, cum jamdudum, ante nos natos, matre recens ducta, ob dissidium quoddam et rixam, quae parentibus eorum inciderat, veniret Amori sacrificatum: matrem una ad festivitatem adduxit: hujus enim erat votum et sacrificium. Domo secum comites habuit familiares.

---

B. 1. *παρεῖναι*] BE. Vulgo *εἶναι.*

B. 4. *κεκομισμένος*] Wyttenb. ex Ald. Bas. Xyl. BE. Vulgo *κεκοσμημένος.*

B. 5. *ἦγε*] Wyttenb. ex iisdem libris. Vulgo *καὶ ἦγε.*

παρῆσαν οἱ συνήθεις, ἐν δὲ Θεσπιαῖς εὗρε Δαφναῖον τὸν Ἀρχιδάμου,
Λυσάνδρας ἐρῶντα τῆς Σίμωνος καὶ μάλιστα τῶν μνωμένων αὐτὴν
εὐημεροῦντα, καὶ Σώκλαρον ἐκ Τιθόρας ἥκοντα τὸν Ἀριστίωνος· ἦν δὲ
C καὶ Πρωτογένης ὁ Ταρσεὺς καὶ Ζεύξιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, ξένοι·
Βοιωτῶν δὲ ὁ πατὴρ ἔφη τῶν γνωρίμων τοὺς πλείστους παρεῖναι. Δύο
μὲν οὖν ἢ τρεῖς ἡμέρας κατὰ πόλιν, ὡς ἔοικεν, ἡσυχῇ πως φιλοσοφοῦντες
ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ διὰ τῶν θεάτρων ἀλλήλοις συνῆσαν· ἔπειτα
φεύγοντες ἀργαλέον ἀγῶνα κιθαρῳδῶν, ἐντεύξεσι καὶ σπουδαῖς προειλημμένον
ἀνέζευξαν οἱ πλείους ὥσπερ ἐκ πολεμίας εἰς τὸν Ἑλικῶνα καὶ
κατηυλίσαντο παρὰ ταῖς Μούσαις. Ἕωθεν οὖν ἀφίκετο πρὸς αὐτοὺς
Ἀνθεμίων καὶ Πεισίας ἄνδρες ἔνδοξοι, Βάκχωνι δὲ τῷ καλῷ λεγομένῳ
D προσήκοντες, καὶ τρόπον τινὰ δι' εὔνοιαν ἀμφότεροι τὴν ἐκείνου διαφερόμενοι
πρὸς ἀλλήλους. Ἦν γὰρ ἐν Θεσπιαῖς Ἰσμηνοδώρα γυνὴ πλούτῳ
καὶ γένει λαμπρὰ καὶ νὴ Δία τὸν ἄλλον εὔτακτος βίον· ἐχήρωσε γὰρ οὐκ
ὀλίγον χρόνον ἄνευ ψόγου, καίπερ οὖσα νέα καὶ ἱκανὴ τὸ εἶδος· τῷ δὲ
Βάκχωνι φίλης ὄντι καὶ συνήθους γυναικὸς υἱῷ πράττουσα γάμον κόρης
κατὰ γένος προσηκούσης ἐκ τοῦ συμπαρεῖναι καὶ διαλέγεσθαι πολλάκις
ἔπαθε πρὸς τὸ μειράκιον αὐτή· καὶ λόγους φιλανθρώπους ἀκούουσα
καὶ λέγουσα περὶ αὐτοῦ καὶ πλῆθος ὁρῶσα γενναίων ἐραστῶν, εἰς τὸ
ἐρᾶν προήχθη καὶ διενοεῖτο μηδὲν ποιεῖν ἀγεννὲς ἀλλὰ γημαμένη φανερῶς
E συγκαταζῆν τῷ Βάκχωνι. Παραδόξου δὲ τοῦ πράγματος αὐτοῦ φανέντος,
ἥ τε μήτηρ ὑφεωρᾶτο τὸ βάρος τοῦ οἴκου καὶ τὸν ὄγκον ὡς οὐ κατὰ
τὸν ἐραστήν· τινὲς δὲ καὶ συγκυνηγοὶ τῷ μὴ καθ' ἡλικίαν τῆς Ἰσμηνοδώρας
δεδιττόμενοι τὸν Βάκχωνα καὶ σκώπτοντες ἐργωδέστεροι τῶν ἀπὸ
σπουδῆς ἐνισταμένων ἦσαν ἀνταγωνισταὶ πρὸς τὸν γάμον. Ἠιδεῖτο γὰρ
F ἔφηβος ἔτι ὢν χήρᾳ συνοικεῖν· οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς ἄλλους ἐάσας παρεχώρησε
τῷ Πεισίᾳ καὶ τῷ Ἀνθεμίωνι βουλεύσασθαι τὸ συμφέρον, ὧν ὁ
μὲν ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἦν πρεσβύτερος, ὁ δὲ Πεισίας αὐστηρότατος τῶν
ἐραστῶν· διὸ καὶ πρὸς τὸν γάμον ἀντέπραττε καὶ καθήπτετο τοῦ Ἀνθεμίωνος
ὡς προϊεμένου τῇ Ἰσμηνοδώρᾳ τὸ μειράκιον· ὁ δὲ ἐκεῖνον
οὐκ ὀρθῶς ἔλεγε ποιεῖν ἀλλὰ τὰ ἄλλα χρηστὸν ὄντα, μιμεῖσθαι τοὺς
φαύλους ἐραστὰς οἴκου καὶ γάμου καὶ πραγμάτων μεγάλων ἀποστεροῦντα
τὸν φίλον, ὅπως ἄθικτος αὐτῷ καὶ νεαρὸς ἀποδύοιτο πλεῖστον χρόνον
750 ἐν ταῖς παλαίστραις.

γ'. Ἵνα οὖν μὴ παροξύνοντες ἀλλήλους κατὰ μικρὸν εἰς ὀργὴν
προαγάγοιεν, ὥσπερ διαιτητὰς ἑλόμενοι καὶ βραβευτὰς τὸν πατέρα καὶ

---

B. 8. Λυσάνδρας] Wyttenb. e Leonic. Schott. Mez. Amiot. et vers. Xyl. Vulgo καὶ Λύσανδρον.

D. 9. ἀγεννὲς] BE. Vulgo ἀγενὲς.

F. 1. παρεχώρησε] Wyttenb. e Bas. et Xyl. παραχωρῆσαι BE. Ald. Vulgo παραχωρεῖται.

Thespiis autem invenit Daphnaeum, Archidami filium, qui Lysandram, Simonis filiam, amabat, omniumque procorum gratia primus erat: Sodalium quoque, Aristionis F. Tithora venientem. Aderant etiam hospites, Protogenes Tarsensis et Zeuxippus Lacedaemonius. De Boeotis notorum plurimos ajebat pater ibidem fuisse. Biduum itaque, aut triduum, ea in urbe placide philosophando in palaestris et theatris una exegerunt. Deinde fugientes molestum citharoedorum certamen prensationibus et studiis praeoccupatum plerique, tanquam ex hostico castra moventes, in Heliconem se subduxerunt et apud Musas diverterunt. Prima luce venerunt ad eos Anthemion et Pisias, viri celebres, et uterque Bacchonis, qui formosus usurpabatur, necessarius, ac quodammodo ob benevolentiam ejus discordes. Res ita habet. Erat Thespiis mulier genere et opibus pollens, Ismenodora, et quae reliquo tempore pudice vixisset: nam haud satis diu vidua absque crimine manserat, quanquam aetate integra et forma non poenitenda. Ceterum evenit, ut cujusdam Bacchonis amicae et familiaris mulieris filio Ismenodora uxorem ambiret puellam quandam Bacchoni cognatam. Ergo quia saepe cum eo colloquebatur et una erat: adfecta nonnihil est amore adversum adolescentem: cumque et audiret, de eo dici in bonam partem, et ipsa humaniter loqueretur, videretque multitudinem generosorum amatorum, amare eum coepit. Nihil vero indignum se ipsa facere cogitavit, sed contracto matrimonio, vitam cum Bacchone degere. Quae res cum per se videretur insolens, tum mater quoque adolescentis suspectam habuit domus majestatem filio graviorem: quidam etiam aequalium et venationis sociorum eo, quod aetas Ismenodorae non cum ipsius adolescentia congrueret, Bacchonem terrentes et dicteriis incessentes, difficiliores matrimonii oppugnatores iis ipsis fuere, qui serio id dissuadebant. Tamen Bacchο, aliis omissis, Pisiae et Anthemioni, quid ex re foret, deliberandum dedit: quorum hic jam senior, avunculus ejus, Pisias, amatorum acerrimus erat, ideoque nuptias pro virili impediebat, et Anthemionem culpabat, qui Ismenodorae adolescentem proderet. Contra Anthemio eum male ajebat facere, et caeteroqui probum, hic aemulari vitiosos amatores, dum domo, matrimonio, rebusque magnis amicum privaret, ut is horum rudis et adolescens diutissime in palaestris se nudaret.

III. Ergo, ne se invicem irritantes paulatim excandescerent, advenerunt, arbitrium patri, et qui cum eo erant, deferentes. De reliquis

---

F. 2. ὧν ὁ μὲν] BE. Ald. Bas. Mez. Wyttenb. Vulgo abest μὲν.

F. 8. ἄθικτος αὐτῷ] E (in quo est: ἄθ. αὐτῶν). Stephanus e Leonic. Schott. Ante Stephanum vulgabatur ἀθέατος αὐτῶν.

παρῆσαν οἱ συνήθεις, ἐν δὲ Θεσπιαῖς εὗρε Δαφναῖον τὸν Ἀρχιδάμου, Λυσάνδρας ἐρῶντα τῆς Σίμωνος καὶ μάλιστα τῶν μνωμένων αὐτὴν εὐημεροῦντα, καὶ Σώκλαρον ἐκ Τιθόρας ἥκοντα τὸν Ἀριστίωνος· ἦν δὲ
C καὶ Πρωτογένης ὁ Ταρσεὺς καὶ Ζεύξιππος ὁ Λακεδαιμόνιος, ξένοι· Βοιωτῶν δὲ ὁ πατὴρ ἔφη τῶν γνωρίμων τοὺς πλείστους παρεῖναι. Δύο μὲν οὖν ἢ τρεῖς ἡμέρας κατὰ πόλιν, ὡς ἔοικεν, ἡσυχῇ πως φιλοσοφοῦντες ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ διὰ τῶν θεάτρων ἀλλήλοις συνῆσαν· ἔπειτα φεύγοντες ἀργαλέον ἀγῶνα κιθαρῳδῶν, ἐντεύξεσι καὶ σπουδαῖς προειλημμένον ἀνέζευξαν οἱ πλείους ὥσπερ ἐκ πολεμίας εἰς τὸν Ἑλικῶνα καὶ κατηυλίσαντο παρὰ ταῖς Μούσαις. Ἕωθεν οὖν ἀφίκετο πρὸς αὐτοὺς Ἀνθεμίων καὶ Πεισίας ἄνδρες ἔνδοξοι, Βάκχωνι δὲ τῷ καλῷ λεγομένῳ
D προσήκοντες, καὶ τρόπον τινὰ δι' εὔνοιαν ἀμφότεροι τὴν ἐκείνου διαφερόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Ἦν γὰρ ἐν Θεσπιαῖς Ἰσμηνοδώρα γυνὴ πλούτῳ καὶ γένει λαμπρὰ καὶ νὴ Δία τὸν ἄλλον εὔτακτος βίον· ἐχήρωσε γὰρ οὐκ ὀλίγον χρόνον ἄνευ ψόγου, καίπερ οὖσα νέα καὶ ἱκανὴ τὸ εἶδος· τῷ δὲ Βάκχωνι φίλης ὄντι καὶ συνήθους γυναικὸς υἱῷ πράττουσα γάμον κόρης κατὰ γένος προσηκούσης ἐκ τοῦ συμπαρεῖναι καὶ διαλέγεσθαι πολλάκις ἔπαθε πρὸς τὸ μειράκιον αὐτή· καὶ λόγους φιλανθρώπους ἀκούουσα καὶ λέγουσα περὶ αὐτοῦ καὶ πλῆθος ὁρῶσα γενναίων ἐραστῶν, εἰς τὸ ἐρᾶν προήχθη καὶ διενοεῖτο μηδὲν ποιεῖν ἀγεννὲς ἀλλὰ γημαμένη φανε-
E ρῶς συγκαταζῆν τῷ Βάκχωνι. Παραδόξου δὲ τοῦ πράγματος αὐτοῦ φανέντος, ἥ τε μήτηρ ὑφεωρᾶτο τὸ βάρος τοῦ οἴκου καὶ τὸν ὄγκον ὡς οὐ κατὰ τὸν ἐραστήν· τινὲς δὲ καὶ συγκυνηγοὶ τῷ μὴ καθ' ἡλικίαν τῆς Ἰσμηνοδώρας δεδιττόμενοι τὸν Βάκχωνα καὶ σκώπτοντες ἐργωδέστεροι τῶν ἀπὸ σπουδῆς ἐνισταμένων ἦσαν ἀνταγωνισταὶ πρὸς τὸν γάμον. Ἠιδεῖτο γὰρ
F ἔφηβος ἔτι ὢν χήρᾳ συνοικεῖν· οὐ μὴν ἀλλὰ τοὺς ἄλλους ἐάσας παρεχώρησε τῷ Πεισίᾳ καὶ τῷ Ἀνθεμίωνι βουλεύσασθαι τὸ συμφέρον, ὧν ὁ μὲν ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἦν πρεσβύτερος, ὁ δὲ Πεισίας αὐστηρότατος τῶν ἐραστῶν· διὸ καὶ πρὸς τὸν γάμον ἀντέπραττε καὶ καθήπτετο τοῦ Ἀνθεμίωνος ὡς προϊεμένου τῇ Ἰσμηνοδώρᾳ τὸ μειράκιον· ὁ δὲ ἐκεῖνον οὐκ ὀρθῶς ἔλεγε ποιεῖν ἀλλὰ τὰ ἄλλα χρηστὸν ὄντα, μιμεῖσθαι τοὺς φαύλους ἐραστὰς οἴκου καὶ γάμου καὶ πραγμάτων μεγάλων ἀποστεροῦντα τὸν φίλον, ὅπως ἄθικτος αὐτῷ καὶ νεαρὸς ἀποδύοιτο πλεῖστον χρόνον
750 ἐν ταῖς παλαίστραις.

γ΄. Ἵνα οὖν μὴ παροξύνοντες ἀλλήλους κατὰ μικρὸν εἰς ὀργὴν προαγάγοιεν, ὥσπερ διαιτητὰς ἑλόμενοι καὶ βραβευτὰς τὸν πατέρα καὶ

---

B. 8. Λυσάνδρας] Wyttenb. e Leonic. Schott. Mez. Amiot. et vers. Xyl. Vulgo καὶ Λύσανδρον.

D. 9. ἀγεννὲς] BE. Vulgo ἀγενὲς.

F. 1. παρεχώρησε] Wyttenb. e Bas. et Xyl. παραχωρῆσαι BE. Ald. Vulgo παραχωρεῖται.

Thespiis autem invenit Daphnaeum, Archidami filium, qui Lysandram, Simonis filiam, amabat, omniumque procorum gratia primus erat: Soclarum quoque, Aristionis F. Tithora venientem. Aderant etiam hospites, Protogenes Tarsensis et Zeuxippus Lacedaemonius. De Boeotis notorum plurimos ajebat pater ibidem fuisse. Biduum itaque, aut triduum, ea in urbe placide philosophando in palaestris et theatris una exegerunt. Deinde fugientes molestum citharoedorum certamen prensationibus et studiis praeoccupatum plerique, tanquam ex hostico castra moventes, in Heliconem se subduxerunt et apud Musas diverterunt. Prima luce venerunt ad eos Anthemion et Pisias, viri celebres, et uterque Bacchonis, qui formosus usurpabatur, necessarius, ac quodammodo ob benevolentiam ejus discordes. Res ita habet. Erat Thespiis mulier genere et opibus pollens, Ismenodora, et quae reliquo tempore pudice vixisset: nam haud satis diu vidua absque crimine manserat, quanquam aetate integra et forma non poenitenda. Ceterum evenit, ut cujusdam Bacchonis amicae et familiaris mulieris filio Ismenodora uxorem ambiret puellam quandam Bacchoni cognatam. Ergo quia saepe cum eo colloquebatur et una erat: adfecta nonnihil est amore adversum adolescentem: cumque et audiret, de eo dici in bonam partem, et ipsa humaniter loqueretur, videretque multitudinem generosorum amatorum, amare eum coepit. Nihil vero indignum se ipsa facere cogitavit, sed contracto matrimonio, vitam cum Bacchone degere. Quae res cum per se videretur insolens, tum mater quoque adolescentis suspectam habuit domus majestatem filio graviorem: quidam etiam aequalium et venationis sociorum eo, quod aetas Ismenodorae non cum ipsius adolescentia congrueret, Bacchonem terrentes et dicteriis incessentes, difficiliores matrimonii oppugnatores iis ipsis fuere, qui serio id dissuadebant. Tamen Baccho, aliis omissis, Pisiae et Anthemioni, quid ex re foret, deliberandum dedit: quorum hic jam senior, avunculus ejus, Pisias, amatorum acerrimus erat, ideoque nuptias pro virili impediebat, et Anthemionem culpabat, qui Ismenodorae adolescentem proderet. Contra Anthemio eum male ajebat facere, et caeteroqui probum, hic aemulari vitiosos amatores, dum domo, matrimonio, rebusque magnis amicum privaret, ut is horum rudis et adolescens diutissime in palaestris se nudaret.

III. Ergo, ne se invicem irritantes paulatim excandescerent, advenerunt, arbitrium patri, et qui cum eo erant, deferentes. De reliquis

---

F. 2. ὢν ὁ μὲν] BE. Ald. Bas. Mez. Wyttenb. Vulgo abest μὲν.

F. 8. ἄθικτος αὐτῷ] E (in quo est: ἄθ. αὐτῶν). Stephanus e Leonic. Schott. Ante Stephanum vulgabatur ἀθέατος αὐτῶν.

τοὺς σὺν αὐτῷ παρεγένοντο· καὶ τῶν ἄλλων φίλων, οἷον ἐκ παρασκευῆς, τῷ μὲν ὁ Δαφναῖος παρῆν, τῷ δὲ ὁ Πρωτογένης· ἀλλὰ οὗτος μὲν ἀνέδην ἔλεγε κακῶς τὴν Ἰσμηνοδώραν· ὁ δὲ Δαφναῖος, Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, τί οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, εἰ καὶ Πρωτογένης ἔρωτι πολεμήσων πάρεστιν, ᾧ καὶ παιδιὰ πᾶσα καὶ σπουδὴ περὶ Ἔρωτα καὶ δι' Ἔρωτος,

B Λήθη δὲ λόγων, λήθη δὲ πάτρας,

οὐχ ὡς τῷ Λαΐῳ πέντε μόνον ἡμερῶν ἀπέχοντι τῆς πατρίδος· βραδὺς γὰρ ὁ ἐκείνου καὶ χερσαῖος Ἔρως· ὁ δὲ σὸς ἐκ Κιλικίας Ἀθήναζε

— λαιψηρὰ κυκλώσας πτερὰ

διαπόντιος πέταται, τοὺς καλοὺς ἐφορῶν καὶ συμπλανώμενος. Ἀμέλει γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἐγεγόνει τοιαύτη τις αἰτία τῷ Πρωτογένει τῆς ἀποδημίας.

δ'. Γενομένου δὲ γέλωτος, ὁ Πρωτογένης, Ἐγὼ δέ σοι δοκῶ, εἶπεν, Ἔρωτι νῦν πολεμεῖν, οὐχ ὑπὲρ Ἔρωτος διαμάχεσθαι πρὸς ἀκολασίαν καὶ ὕβριν αἰσχίστοις πράγμασι καὶ πάθεσιν εἰς τὰ κάλλιστα καὶ σεμνό-
C τατα τῶν ὀνομάτων εἰσβιαζομένην; Καὶ ὁ Δαφναῖος, Αἴσχιστα δὲ καλεῖς, ἔφη, γάμον καὶ σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἧς οὐ γέγονεν οὐδ' ἔστιν ἱερωτέρα κατάζευξις; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, εἶπεν ὁ Πρωτογένης, ἀναγκαῖα πρὸς γένεσιν ὄντα, σεμνύνουσιν οὐ φαύλως οἱ νομοθέται καὶ κατευλογοῦσι πρὸς τοὺς πολλούς· ἀληθινοῦ δὲ Ἔρωτος οὐδ' ὁτιοῦν τῇ γυναικωνίτιδι μέτεστιν, οὐδ' ἐρᾷν ὑμᾶς ἔγωγέ φημι τοὺς γυναιξὶ προσπεπονθότας ἢ παρθένοις, ὥσπερ οὐδὲ μυῖα γάλακτος, οὐδὲ μέλιτται κηρίων
D ἐρῶσιν, οὐδὲ σιτευταὶ καὶ μάγειροι φιλοφρονοῦσι πιαίνοντες ὑπὸ σκότῳ μόσχους καὶ ὄρνιθας. Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ σιτίον ἄγει καὶ ὄψον ἡ φύσις μετρίως καὶ ἱκανῶς τὴν ὄρεξιν, ἡ δὲ ὑπερβολὴ πάθος ἐνεργασαμένη λαιμαργία τις ἢ φιλοψία καλεῖται· οὕτως ἔνεστι τῇ φύσει τὸ δεῖσθαι τῆς ἀπ' ἀλλήλων ἡδονῆς γυναῖκας καὶ ἄνδρας, τὴν δὲ ἐπὶ τοῦτο κινοῦσαν ὁρμὴν σφοδρότητι καὶ ῥώμῃ γενομένην πολλὴν καὶ δυσκάθεκτον οὐ προσηκόντως Ἔρωτα καλοῦσιν. Ἔρως γὰρ εὐφυοῦς καὶ νέας ψυχῆς ἁψάμενος εἰς ἀρετὴν διὰ φιλίας τελευτᾷ· ταῖς δὲ πρὸς γυναῖκας ἐπιθυμίαις
E ταύταις, ἂν ἄριστα πέσωσιν, ἡδονὴν περίεστι καρποῦσθαι καὶ ἀπόλαυσιν ὥρας καὶ σώματος, ὡς ἐμαρτύρησεν Ἀρίστιππος τῷ κατηγοροῦντι Λαΐδος πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐ φιλούσης, ἀποκρινάμενος, ὅτι καὶ τὸν οἶνον οἴεται καὶ τὸν ἰχθὺν μὴ φιλεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἡδέως ἑκατέρῳ χρῆται. Τέλος γὰρ ἐπιθυμίας ἡδονὴ καὶ ἀπόλαυσις. Ἔρως δὲ προσδοκίαν φιλίας ἀποβαλὼν οὐκ ἐθέλει παραμένειν οὐδὲ θεραπεύειν ἐφ' ὥρᾳ τὸ λυποῦν

A. ult. παιδιὰ] Wyttenb. e Xyl. et Mez. Vulgo παιδεία.
B. 1. λήθη δὲ λόγων] BE. Ald. Bas. Vulgo μὲν pro δέ.
B. 3. ἐκείνου] Turn. V. Bong. Vulgo ἐκείνων.
C. ult. μέλιτται] BE. Vulgo μέλιττα.
D. 4. φιλοψία] e Xylandri conjectura. Vulgo φιλοψυχία.

amicis, tanquam de composito, Pisiae Daphnaeus patrocinabatur, Anthemioni Protogenes. Qui cum effuse insectaretur Ismenodoram: O Hercules, inquit Daphnaeus, quid non exspectemus, quando etiam Protogenes adest bellum amori facturus? cui seria et joca omnia circum amorem et propter amorem sunt: cujus causa oblitus literarum, oblitus patriae est: a qua non quinque duntaxat dierum spatio abest Laii exemplo: qui tardus fuit et terrestris amor. Tuus vero, Protogenes, amor e Cilicia usque Athenas

— *alas praepetes rotans*

trans mare advolavit, ut formosos viseret, cumque iis oberraret. Videbatur autem principio talis quaedam causa Protogeni suae fuisse peregrinationis.

IV. Oborto risu, Protogenes: Ego vero, inquit, tibi videor nunc amorem impugnare, non pro amore propugnare adversus intemperantiam et libidinem, quae turpissimis factis atque affectibus in honestissima se nomina intrudit? Turpissimum vero vocas, ajebat Daphnaeus, nuptias et viri cum muliere consuetudinem, qua nulla est, aut fuit unquam sanctior conjunctio? Haec quidem, respondebat Protogenes, ad generationem necessaria non male laudibus vehunt legumlatores, et apud multitudinem praedicant. Veri amoris ne minima quidem particula in gynaeceo exstat: negoque ego, vos, dum adversus mulieres, aut virgines, afficimur, amare. Nam neque musca lac, neque favos apis amat: neque saginatores et coqui benevolentiae causa vitulos et aves in tenebris saginant. Sed quemadmodum ad cibum natura moderato et sufficiente ducit appetitu: nimius jam vitium ingenerat, quod gulositas et helluatio dicatur sane: ita comparatum est natura, ut vir et mulier mutuo a se voluptatem expetant: quae vero ad hoc movet concupiscentia, vehementior facta et effrenis, non convenienter amor vocetur. Amor enim, ubi generosam adolescentis attigit indolem, in virtutem per amicitiam desinit: his autem cupiditatibus, quibus mulier et vir se invicem avent, si res optime cadat, licet corporis voluptate potiri, et formae aetatisque fructum percipere: sicut Aristippus testatum fecit, qui Laidem apud se vituperanti, quod non amaret, respondit: A vino quoque et pisce non puto amari me, tamen utroque libenter vescor. Nam finis concupiscentiae voluptas est et fruitio: amor, exspectatione amicitiae amissa, non vult permanere, neque colere formae gratia id, quod molestum est, neque id, quod floret, si non fructum ingenii ad amicitiam e

---

E. 1. *περίεστι*] BE. Wyttenb. *περίεστιν*, ut est in Ald. Bas.

καὶ ἀκμάζον, εἰ καρπὸν ἤθους οἰκεῖον εἰς φιλίαν καὶ ἀρετὴν οὐκ ἀποδίδωσιν. Ἀκούεις δέ τινος τραγικοῦ γαμέτου λέγοντος πρὸς τὴν γυναῖκα,

F Μισεῖς; ἐγὼ δὲ ῥᾳδίως μισήσομαι,
Πρὸς κέρδος ἕλκων τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν.

Τούτου γὰρ οὐδέν ἐστιν ἐρωτικώτερον ὁ μὴ διὰ κέρδος ἀλλ' ἀφροδισίων ἕνεκα καὶ συνουσίας ὑπομένων γυναῖκα μοχθηρὰν καὶ ἄστοργον· ὥσπερ Στρατοκλεῖ τῷ ῥήτορι Φιλιππίδης ὁ κωμικὸς ἐπεγγελῶν ἐποίησεν,

Ἀποστρεφομένης τὴν κορυφὴν φιλεῖς μόλις.

Εἰ δ' οὖν καὶ τοῦτο τὸ πάθος δεῖ καλεῖν Ἔρωτα, θῆλυν καὶ νόθον ὥσπερ εἰς κυνόσαργες συντελοῦντα τὴν γυναικωνῖτιν· μᾶλλον δὲ ὥσπερ
751 ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον καὶ ὀρεινὸν, ὃν Ὅμηρος μέλανα καὶ θηρευτὴν προσεῖπεν, ἄλλα δὲ γένη νόθων ἐστὶν ἰχθῦς περὶ ἕλη καὶ ὄρνιθας ἀργοὺς λαμβανόντων, ἀπορούμενοι δὲ πολλάκις ἀναφθέγγονταί τι λιμῶδες καὶ ὀδυρτικόν· οὕτως Ἔρως ὁ γνήσιος ὁ παιδικός ἐστιν, οὐ πόθῳ στίλβων, ὡς ἔφη τὸν παρθένιον Ἀνακρέων, οὐδὲ μύρων ἀνάπλεως καὶ γεγανωμένος, ἀλλὰ λιτὸν αὐτὸν ὄψει καὶ ἄθρυπτον ἐν σχολαῖς φιλοσόφοις ἤ που περὶ γυμνάσια καὶ παλαίστρας, περὶ θήραν νέων ὀξὺ μάλα καὶ γενναῖον ἐγκελευόμενον πρὸς ἀρετὴν τοῖς
B ἀξίοις ἐπιμελείας· τὸν δὲ ὑγρὸν τοῦτον καὶ οἰκουρὸν ἐν κόλποις διατρίβοντα καὶ κλινιδίοις γυναικῶν ἀεὶ διώκοντα τὰ μαλθακὰ καὶ θρυπτόμενον ἡδοναῖς ἀνάνδροις καὶ ἀφίλοις καὶ ἀνενθουσιάστοις καταβάλλειν ἄξιον· ὡς καὶ Σόλων κατέβαλε, δούλοις μὲν γὰρ ἐρᾷν ἀῤῥένων παίδων ἀπεῖπε καὶ ξηραλοιφεῖν, χρῆσθαι δὲ συνουσίαις γυναικῶν οὐκ ἐκώλυσε. Καλὸν γὰρ ἡ φιλία καὶ ἀστεῖον· ἡ δὲ ἡδονὴ κοινὸν καὶ ἀνελεύθερον. Ὅθεν οὐ δοῦλον ἐρᾷν παίδων ἐλευθέριόν ἐστιν οὐδὲ ἀστεῖον· συνουσίας γὰρ οὗτος ὁ Ἔρως, καθάπερ τῶν γυναικῶν.

ε'. Ἔτι δὲ πλείονα λέγειν προθυμουμένου τοῦ Πρωτογένους, ἀντικρούσας ὁ Δαφναῖος, Εὖ γε νὴ Δία, ἔφη, τοῦ Σόλωνος ἐμνήσθης καὶ χρηστέον αὐτῷ γνώμονι τοῦ ἐρωτικοῦ ἀνδρός,

C Ἔσθ' ἥβης ἐρατοῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ
Μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

Πρόσλαβε δὲ τῷ Σόλωνι καὶ τὸν Αἰσχύλον λέγοντα,

— σέβας δὲ μηρῶν οὐ κατῃδέσω
Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

F. 3. ἐρωτικώτερον] BE. Ald. Vulgo ἐρωτικώτερος.
B. 4. δούλοις μὲν γὰρ] Wyttenb. ex E. Vulgo aberat γάρ.
B. 7. συνουσίας] e Wyttenb. conjectura. οὐσία BE. Ald. οὐ συνουσίας Steph. e Leonic. Schott. Anon. οὐ σίνει Bas. Xyl.
C. 5. πυκνῶν] Wyttenb. e Schott. Anon. Turn. V. Bong. Vulgo πικρῶν.

virtutem commodum efferat. Audis tragicum quendam maritum haec uxóri dicentem:

*Odisti? ego me invisum facile patiar tibi,*
*Lucro meamque ducam contumeliam.*

Nihilo magis hoc amator est, qui non ob lucrum, sed rei venereae causa, perfert uxorem pravam et inhumanam: sicut Philippides comicus Stratoclem oratorem deridens fecit:

*Aversae retro verticem quam vix amas?*

Si tamen hic quoque adfectus sit amor nominandus, effoeminatus et spurius, et in gynaeceum, tanquam ad Cynosarges, pertinens: immo sicuti aquilam quandam dicunt genuinam et montanam, quam Homerus *nigram* et *venatricem* vocavit: alia autem sunt spuriarum genera, quae circum paludes captant pisces et aves ignavas, et saepe cibi egentes lugubrem edunt prae fame sonum; sic genuinus amor est puerorum; non *fulgens desiderio*, ut de virgineo Anacreon ait, neque *unguentis delibutus:* sed nudum eum et absque mollitie videbis in scholis philosophorum, aut circa palaestras et gymnasia, ac venationes adolescentum, acuta et generosa admodum voce ad virtutem eos exhortantem, qui digni sunt accuratione. Mollem autem istum et domo affixum invenies in mulierum gremiis et spondis versantem, semper mollia consectantem, et voluptatibus indulgentem, a fortitudine, amicitia, instinctu animi divino alienis, dignum, qui damnetur. Damnavit quidem Solon, qui puerorum amore et sicca unctione servis interdixit, concubitu mulierum non item. Est amicitia de rebus pulcris et scitis: voluptas vulgare quippiam et illiberale. Ita liberale non est, a servo amari puerum. Non enim hic amor nocet, ut mulierum.

V. Plura dicere cupientem Protogenem repressit Daphnaeus, inquiens: Recte per Jovem Solonis est a te facta mentio: eoque utemur judice amatoris:

*Ad Thebas* [Annorum] *pueros in floribus expete amoenis,*
*Et femora, et dulcis corporis.* —

Adjunge etiam Soloni Aeschylum:

*Femoris honorem non reveritus es tamen,*
*Ingrate mi pro tot frequentibus osculis.*

---

C. 6. θύτας] Wyttenb. ex E. Mez. Vulgo θύται.

Ἕτεροι μὲν γὰρ καταγελῶσιν αὐτῶν, εἰ καθάπερ θύτας καὶ μάντεις εἰς τὰ μηρία καὶ τὴν ὀσφὺν ἀποβλέπειν τοὺς ἐραστὰς κελεύουσιν· ἐγὼ δὲ παμμέγεθες τοῦτο ποιοῦμαι σημεῖον ὑπὲρ τῶν γυναικῶν· εἰ γὰρ ἡ παρὰ φύσιν ὁμιλία πρὸς ἄῤῥενας οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἐρωτικὴν εὔνοιαν οὐδὲ
D βλάπτει, πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι τὸν γυναικῶν ἢ ἀνδρῶν Ἔρωτα τῇ φύσει χρώμενον εἰς φιλίαν διὰ χάριτος ἐξικνεῖσθαι. Χάρις γὰρ οὖν, ὦ Πρωτόγενες, ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν· ὡς καὶ Πίνδαρος ἔφη τὸν Ἥφαιστον ἄνευ χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι· καὶ τὴν οὔπω γάμων ἔχουσαν ὥραν ἡ Σαπφὼ προσαγορεύουσά φησιν, ὅτι

Σμικρά μοι, παῖ, ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις·

ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑπό τινος ἐρωτᾶται,

Βίᾳ δὲ πράξας χάριτας, ἢ πείσας κόρην;

E Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων ἀκόντων, μετὰ βίας γενομένη καὶ λεηλασίας, ἂν δὲ ἑκουσίως, σὺν μαλακίᾳ καὶ θηλύτητι βαίνεσθαι κατὰ Πλάτωνα νόμῳ τετράποδος καὶ παιδοσπορεῖσθαι παρὰ φύσιν ἐνδιδόντων, χάρις ἄχαρις παντάπασι καὶ ἀσχήμων καὶ ἀναφρόδιτος. Ὅθεν, οἶμαι, καὶ ὁ Σόλων ἐκεῖνα μὲν ἔγραψε νέος ὢν ἔτι καὶ σπέρματος πολλοῦ μεστὸς, ὡς ὁ Πλάτων φησί· ταυτὶ δὲ πρεσβύτης γενόμενος,

Ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς μοι νῦν φίλα καὶ Διονύσου,
Καὶ Μουσέων, ἃ τίθησ' ἀνδράσιν εὐφροσύνας·

ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος καὶ τῶν παιδικῶν ἐρώτων ἔν τινι γαλήνῃ
F τῇ περὶ γάμον καὶ φιλοσοφίαν θέμενος τὸν βίον. Εἰ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς σκοποῦμεν, ὦ Πρωτόγενες, ἓν καὶ ταὐτόν ἐστι πρὸς παῖδας καὶ γυναῖκας πάθος τὸ τῶν Ἐρώτων· εἰ δὲ βούλοιο φιλονεικῶν διαιρεῖν οὐ μέτρια δόξειε ποιεῖν ὁ παιδικὸς οὗτος, ἀλλ' ὥσπερ ὀψὲ γεγονὼς καὶ παρ' ὥραν τῷ βίῳ νόθος καὶ σκότιος ἐξελαύνει τὸν γνήσιον Ἔρωτα καὶ πρεσβύτερον. Ἐχθὲς γὰρ, ὦ ἑταῖρε, καὶ πρώην μετὰ τὰς ἀποδύσεις καὶ ἀπογυμνώσεις τῶν νέων παραδὺς εἰς τὰ γυμνάσια καὶ προσανατριβόμενος ἡσυχῇ καὶ προσεμβαλὼν, εἶτα κατὰ μικρὸν ἐν ταῖς παλαίστραις
752 πτεροφυήσας οὐκέτι καθεκτός ἐστιν, ἀλλὰ λοιδορεῖ καὶ προπηλακίζει τὸν γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ συνεργὸν ἀθανασίας τῷ θνητῷ γένει, σβεννυμένην ἡμῶν τὴν φύσιν εὐθὺς ἐξανάπτοντα διὰ τῶν γενέσεων. Οὗτος δὲ ἀρνεῖται τὴν ἡδονήν· αἰσχύνεται γὰρ καὶ φοβεῖται, δεῖ δέ τινος εὐπρεπείας ἁπτομένῳ καλῶν καὶ ὡραίων· πρόφασις οὖν φιλία καὶ ἀρετή·

---

D. 1. τὸν γυναικῶν] BE. Mez. Xyl. vers. Vulgo τῶν γυναικῶν.

D. 3. θήλεος] E. Vulgo θήλεως.

D. 7. Σμικρὰ etc.] Egregie Bergkius meus conjecit:

Σμικρά μοι πάϊς ἔμμεναι,
Ἄτθι, φαίνεο κἄχαρις.

E. 1. γενομένη] ex mea conjectura. Vulgo λεγομένη.

E. 2. μαλακίᾳ] BE. Vulgo μανίᾳ.

Alii enim deridént eos, si, velut sacrificuli et harioli amatores jubent in femora et coxam inspicere. Ego autem hoc permagnum pro mulieribus argumentum censeo. Si enim consuetudo naturae adversa cum viris nihil adimit amatoriae benevolentiae, neque eam laedit: multo magis probabile est, mulierum et virorum amorem naturae opera utentem per amicitiam ad gratiam pervenire. Quod enim, Protogenes, mulier viro obsequium praestat, gratia fuit ab antiquis dictum. Quo sensu Pindarus dixit, Vulcanum e Junone *sine gratiis natum:* et quae nondum tempestiva nuptiis esset, eam sic compellat Sappho:

*Videre mihi parva esse puella, et gratiarum expers.*

Et ex Hercule quidam quaerit:

*An vi puellam cognovisti, an gratia?*

Masculorum autem concubitus, si cum invito fiat, violentus est: si cum volente, conjunctus mollitiei et insaniae, secundum Platonem, et *belluinus* ac naturae repugnans, omninoque ingratus, foedus, et nihil habens venustatis. Itaque arbitror, Solonem ista scripsisse juvenem adhuc, et, [ut idem Plato ait], *semine turgentem*: provecta autem aetate isthuc:

*Grata mihi Veneris nunc sunt, et dona Lyaei,*
*Musarumque: viris dant ea laetitiam:*

cum jam veluti ex aestu et tempestate puerilium amorum vitam in tranquillitate matrimonii et philosophiae collocasset. Enim vero si verum quaerimus, Protogenes, una et eadem est amoris erga mulieres et pueros adfectio. Si autem contendendi ductus studio divellere vis, gravis culpae damnabitur puerilis amor: qui cum tarde in vita, et intempestive, quasi spurius et occultus exstitisset, genuinum amorem expellat. Heri enim, amice, aut nudius tertius, post denudationes corporum adolescentium in gymnasia obrepens, taciteque illiciens et provocans, paulatim deinde in palaestris pennas adeptus, non compesci porro potest: sed contumeliose circumscribit amorem illum conjugialem, qui generi humano immortalitatem parat, naturam nostram pessum euntem illico resuscitans generando. Is vero masculorum amor voluptatem inficiatur, pudore et metu compulsus. Cumque opus ei sit aliqua praescriptione honesta, dum formosos consectatur: culpam amicitiae ac virtutis praetextu velat. Itaque in pulvere versatur, frigida lavat, supercilium attollit, philo-

---

E. 3. *χάρις ἄχαρις*] ex mea conjectura. Vulgo abest *χάρις*.
E. 9. *καὶ τῶν παιδικῶν*] Wyttenb. delevit *καὶ* cum Mez.
F. 5. *ἐξελαύνει*] idem cum Mez. *ἐξελαύνειν*.
F. ib. *καὶ πρεσβύτερον*] idem e BE. Vulgo aberat *καὶ*.
F. 6. *ἐχθὲς*] BE. Vulgo *χθὲς*.
A. 1. *οὐκέτι*] BE. Vulgo *οὐκ ἔτι*.

κονίεται δὲ καὶ ψυχρολουτεῖ καὶ τὰς ὀφρῦς αἴρει, καὶ φιλοσοφεῖν φησι καὶ σωφρονεῖ ἔξω διὰ τὸν νόμον· εἶτα νύκτωρ καὶ καθ' ἡσυχίαν

Γλυκεῖ' ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος.

Εἰ δὲ, ὥς φησι Πρωτογένης, οὐκ ἔστιν ἀφροδισίων παιδικῶν κοινωνία,
B πῶς Ἔρως ἐστὶν, Ἀφροδίτης μὴ παρούσης, ἣν εἴληχε θεραπεύειν ἐκ θεῶν καὶ περιέπειν, τιμῆς τε μετέχειν καὶ δυνάμεως ὅσον ἐκείνη δίδωσιν; εἰ δ' ἔστι τις Ἔρως χωρὶς Ἀφροδίτης, ὥσπερ μέθη χωρὶς οἴνου πρὸς σύκινον πόμα καὶ κρίθινον, ἄκαρπον αὐτοῦ καὶ ἀτελὲς τὸ ταρακτικόν ἐστι καὶ πλήσμιον καὶ ἀψίκορον.

ς'. Λεγομένων τούτων ὁ Πεισίας ἦν δῆλος ἀγανακτῶν καὶ παροξυνόμενος ἐπὶ τὸν Δαφναῖον· μικρὸν δὲ αὐτοῦ καταλιπόντος, Ὦ Ἡράκλεις, ἔφη, τῆς εὐχερείας καὶ θρασύτητος· ἀνθρώπους ὁμολογοῦντας
C ὥσπερ οἱ κύνες ἐκ μορίων συνηρτῆσθαι πρὸς τὸ θῆλυ μεθιστάναι καὶ μετοικίζειν τὸν θεὸν ἐκ γυμνασίων καὶ περιπάτων καὶ τῆς ἐν ἡλίῳ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης διατριβῆς εἰς ματρυλεῖα καὶ κοπίδας καὶ φάρμακα καὶ μαγεύματα καθειργνύμενον ἀκολάστων γυναικῶν· ἐπεὶ ταῖς γε σώφροσιν οὔτε ἐρᾷν οὔτε ἐρᾶσθαι δή που προσῆκόν ἐστιν. Ἐνταῦθα μέντοι καὶ ὁ πατὴρ ἔφη τοῦ Πρωτογένους ἐπιλαβέσθαι καὶ εἰπεῖν,

Τόδ' ἐξοπλίζει τοὖπος Ἀργεῖον λεών,

καὶ νὴ Δία Δαφναίῳ συνδίκους ἡμᾶς προστίθησιν οὐ μετριάζων ὁ Πεισίας, ἀλλὰ τοῖς γάμοις ἀνέραστον ἐπάγων καὶ ἄμοιρον ἐνθέου φιλίας
D κοινωνίαν, ἣν τῆς ἐρωτικῆς πειθοῦς καὶ χάριτος ἀπολιπούσης μονονοὺ ζυγοῖς καὶ χαλινοῖς ὑπ' αἰσχύνης καὶ φόβου μάλα μόλις συνεχομένην ὁρῶμεν. Καὶ ὁ Πεισίας, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὀλίγον μέλει τοῦ λόγου· Δαφναῖον δὴ ὁρῶ ταὐτὸν πάσχοντα τῷ χαλκῷ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος οὐχ οὕτως ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ὡς ὑπὸ τοῦ πεπυρωμένου χαλκοῦ καὶ ῥέοντος, ἂν ἐπιχέῃ τις, ἀνατήκεται καὶ ῥεῖ συνεξυγραινόμενος· καὶ τοῦτον οὐκ ἐνοχλεῖ τὸ Λυσάνδρας κάλλος, ἀλλὰ συνδιακεκαυμένῳ καὶ γέμοντι πυρὸς ἤδη πολὺν
E χρόνον πλησιάζων καὶ ἀπτόμενος ἀναπίμπλαται· καὶ δῆλός ἐστιν, εἰ μὴ ταχὺ φύγοι πρὸς ἡμᾶς, συντακησόμενος. Ἀλλ' ὁρῶ, εἶπε, γινόμενον ὅπερ ἂν μάλιστα σπουδάσειεν Ἀνθεμίων, προσκρούοντα τοῖς δικασταῖς καὶ ἐμαυτὸν, ὥστε παύομαι. Καὶ ὁ Ἀνθεμίων, Ὤνησας, εἶπεν, ὡς ἔδει γε ἀπ' ἀρχῆς λέγειν τι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν.

ζ'. Λέγω τοίνυν, ὁ Πεισίας ἔφη, προκηρύξας ἐμοῦ γε ἕνεκα πάσαις γυναιξὶν ἐραστὴν, ὅτι τῆς γυναικὸς ὁ πλοῦτός ἐστι φυλακτέος τῷ νεανίσκῳ, μὴ συμμίξαντες αὐτὸν ὄγκῳ καὶ βάρει τοσούτῳ λάθοιμεν ὥσπερ

---

A. 7. σωφρονεῖ] ex mea conjectura. Vulgo σωφρονεῖν.
C. 3. ματρυλεῖα] E et marg. B. Vulgo μακελεῖα.
C. 7. ἐξοπλίζει] BE. Vulgo ἐξοπλίζειν.
D. 4. Δαφναῖον δὴ] BE. Vulgo Δαφναῖον δὲ.
D. ult. συνδιακεκαυμένῳ] συνδιακεκαλυμμένῳ BE. Ald. Bas.

sophari se ait, et pudicitiam servare foris, legis scilicet metu: at noctu et per otium

*Pomum remoto dulce custode eripit.*

Si vero, ut Protogenes ait, non est puerilis amoris communicatio rei venereae: quomodo amor est, Venere absente, cui deae sorte hoc obtigit, ut amorem foveat, qui honorem et vim tantam omnino nanciscitur, quantum illa tribuit. Sin est amor absque Venere, tanquam ebrietas sine vino, e ficulneo, aut hordaceo potu, is absque fructu et fine turbabit, fastidiosusque erit.

VI. Haec cum essent dicta, prae se tulit haud obscure Pisias, succensere se Daphnaeo, et ejus sermonem iniquius ferre. Cumque is paululum conticuisset: Proh Hercules, inquit Pisias, levitatem et audaciam. Hominesne e professo marem cum foemina pudendis canum more devincire? et Amorem e gymnasiis, ambulationibus, et sub dio pura atque aperta conversatione traducere atque includere in macella, cultellos, medicamenta, et veneficia lascivarum mulierum. Nam pudicae quidem neque amare convenit, neque amari. Hoc loco pater ajebat, se, Protogene apprehenso, dixisse:

*Haec verba Achivum populum ad arma jam vocant.*

Etenim per Jovem Pisias facit, ut Daphnaei causae me adjungam, modum ille excedens, et nuptialis amoris divinitusque insitae amicitiae societatem e matrimonio tollens: quae si amatoria suadela et gratia privetur, quantum videmus, jugis et frenis a pudore et metu aegre continebitur. Non magnae mihi curae est, ajebat Pisias, haec ratio. Daphnaeum quidem video perinde, atque aes, affici. Nam et aes non ita facile ab igni, ut a fluente et ignito aere, si quis affundat, colliquatur emollitumque fluit: et hunc non perturbat Lysandrae pulcritudo: sed ad ignem accedens, quem ille plurimum occulte habet jamdudum, ejus contagio adficitur: neque obscurum est, nisi celeriter ad nos confugiat, colliquatum hominem iri. Interim video id fore, quod maximo opere effectum vellet Anthemio, ut offendam arbitros et me ipsum. Itaque desino. Sane hoc ad rem conducit, ajebat Anthemis. Nam ab initio statim aliquid de proposito argumento dicendum fuerat.

VII. Hic Pisias: Hoc, inquit, protestatus, omnibus mulieribus, quod ad me attinet, suos permitti amatores, Bacchoni ajo cavendum esse ab Ismenodorae divitiis, ne, dum eum in tantum fastum molemque

---

sciturum, simulans. Duos, quos fideles norat, adsumsit, et in specus istas subterraneas descendit: misso ad uxorem liberto Martiali, qui patronum veneno exstinctum, et casam villae cum eo concrematam esse renunciaret. Volebat enim luctu uxoris fidem facere sui, quem fingebat, interitus. Idque etiam evenit. Nam ea, ut erat, accepto nuntio, lamentans et ejulans in terram projecit sese, tresque dies ac totidem noctes sine cibo ita exegit. Quod ubi rescivit Sabinus, metuens, ne se prorsus vita exsolveret: occulte Martialem ei significare jussit, vivere se etiamnum, et occultari: rogare autem, ut adhuc aliquantulum in lugendo perseveret, accurateque mariti interitum simulet. Tragoediam hujus calamitatis uxor admodum artificiose egit: tamen noctu desiderio visendi ad maritum ventitavit, nemine observante, et tantum non apud inferos cum eo consuevit. Exactis septem mensibus, facta spe impetrandae veniae, veste, tonsura et capitis redimiculo ignotum redditum obviis Romam perduxit. Sed re infecta, in suam is specum rediit: ipsaque cum eo majorem temporis partem sub terra exigens, interdum Romam ivit, amicis et necessariis mulieribus se visendam praebens. Et, quod creditu difficillimum est, cum iis lavans fefellit, uterum gerens. Nam medicamentum, quo mulieres comam inungentes faciunt auri in morem rutilam et fulvam, pinguedinem habet, qua caro sive fit grandior, sive rarescit, itaque diffunditur quasi, et major fit ejus moles: hoc illa in caeteris membris usa affatim, attollens se et turgidum celavit ventris onus. Partus vero dolores sola ipsa pertulit leaenae in morem, ad maritum in foveam sese abdens: natosque duos, ut sic loquar, catulos educavit. Peperit enim filios duos, quorum alter in Aegypto occubuit, alter nuper admodum Delphis nobiscum fuit, nomine Sabinus: Ipsam Caesar interfecit: sed caedis poenas dedit, exiguo temporis spatio tota stirpe ipsius funditus interemta. Nullam enim rem hoc facto tristiorem istud tulit imperium: neque fuit cur ullius rei adspectum magis et dii et genii aversarentur. Miserationem quidem spectantibus ipsa exemit magnanimitate sua et grandiloquentia, quibus maxime irritavit Vespasianum. Desperata enim salute, mortem suam commutationem vocavit: dixitque, *suavius sibi fuisse in tenebris et sub terra vivere, quam [ipsi imperio potiri]*.

---

B. 8. καταδῦσα] BE. Vulgo καταδύσασα. καταδύσα Ald. Bas.

C. 5. ἤνεγκεν — σκυθρωπότερον] ἤνεγκε τότε ἡγεμονίαν σκυθρωποτέραν BE. Ald. ἤνεγκε ἡ τότε ἡγεμονία σκυθρωπότερον Bas.

C. 9. ἀλλαγὴν] Reisk. conjecit ἀπάγειν ὑπὸ γῆν. Fortasse scrb. ἀλλ᾽ ἄγειν.

C. ult. βασιλεύων ἐκεῖνος] sic emendavi e BE. B enim habet βασιλεύων ἐκείνῶς (superscripto o). E idem sed non superscripto o. Ald. βασιλεύων ἐκείνων ὡς. Bas. βασιλεύοντα ἐκεῖνον ὡς. Vulgo βασιλεύοντα ἐκεῖνον.

D *κς'. Ἐνταῦθα μὲν ὁ πατὴρ ἔφη, τὸν περὶ Ἔρωτος αὐτοῖς τελευτῆσαι λόγον, τῶν Θεσπιῶν ἐγγὺς οὖσιν, ὀφθῆναι δὲ προσιόντα θᾶττον ἢ βάδην πρὸς αὐτοὺς ἕνα τῶν Πεισίου ἑταίρων Διογένη· τοῦ δὲ Σωκλάρου πρὸς αὐτὸν ἔτι πόῤῥωθεν εἰπόντος, Οὐ πόλεμόν γε, ὦ Διόγενες, ἀπαγγέλλων, ἐκεῖνον, Οὐκ εὐφημήσετε, φάναι, γάμων ὄντων, καὶ προάξετε θᾶσσον, ὡς ὑμᾶς τῆς θυσίας περιμενούσης; Πάντας μὲν οὖν ἡσθῆναι, τὸν δὲ Ζεύξιππον ἐρέσθαι, εἰ ἔτι χαλεπός ἐστι. Πρῶτος μὲν οὖν, ὡς ἐνῆν, συνεχώρησε τῇ Ἰσμηνοδώρᾳ· καὶ νῦν ἑκὼν στέφανον καὶ λευκὸν ἱμάτιον λαβὼν, οἷός ἐστιν ἡγεῖσθαι δι' ἀγορᾶς πρὸς τὸν θεόν.*
E *Ἀλλ' ἴωμεν, ναὶ μὰ Δία, τὸν πατέρα εἰπεῖν, ἴωμεν, ὅπως ἐπεγγελάσωμεν τῷ ἀνδρὶ, καὶ τὸν θεὸν προσκυνήσωμεν· δῆλος γάρ ἐστι χαίρων καὶ παρὼν εὐμενὴς τοῖς πραττομένοις.*

---

D. 2. *οὖσιν*] BE. Vulgo *οὖσι.*

D. 7. *ἐρέσθαι, εἰ ἔτι*] Wyttenb. emendavit ex E, in quo est *ἐρᾶσθαι ἔτι.* Vulgo *ὁρᾶσθαι ὅτι.*

XXVI. Hic ajebat pater finem disputationi de Amore fuisse impositum in vicinia Thespiensium. Visum enim fuisse quendam de Pisiae sociis Diogenem, qui concitato gressu accederet. Tum Soclarum dixisse adhuc eminus venienti: Non sane puto, Diogenes, bellum nunciaturus ades. Illum vero respondisse: Bona verba: quin vos, nuptiis jam conceptis, pergitis celerius, sacrificium absentia vestra morantes: [Ibi omnibus exhilaratis Zeuxippum quaesivisse, an Pisias adhuc succenseret. Immo, inquit Diogenes, omnium primus] concessit Ismenodorae: nuncque ultro coronatus et alba veste indutus, ei ad deum accedenti ductor est. Eamus ergo, ajebat pater, eamus, ut rideamus hominem et deo supplicemus. Non enim obscurum est, quin praesens laetusque adsit iis, quae aguntur.

---

D. 8. *ὡς ἐνῆν*] *ἐν ᾗ*, omisso *ὡς*, E. Fortasse corrigendum: *πρῶτος μὲν οὖν, ὡς ἐνέστη, συνεχώρησε τῇ Ἰσμηνοδώρᾳ.*

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

# ΕΡΩΤΙΚΑΙ ΔΙΗΓΗΣΕΙΣ.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

## ΕΡΩΤΙΚΑΙ ΔΙΗΓΗΣΕΙΣ.

### Α.

E Ἐν Ἁλιάρτῳ τῆς Βοιωτίας κόρη τις γίνεται κάλλει διαπρέπουσα,
ὄνομα Ἀριστόκλεια· θυγάτηρ δὲ ἦν Θεοφάνους. Ταύτην μνῶνται
Στράτων Ὀρχομένιος καὶ Καλλισθένης Ἁλιάρτιος. Πλουσιώτερος δ'
ἦν Στράτων, καὶ μᾶλλόν τι τῆς παρθένου ἡττημένος· ἐτύγχανε γὰρ
ἰδὼν αὐτὴν ἐν Λεβαδίᾳ λουομένην ἐπὶ τῇ κρήνῃ τῇ Ἑρκύνῃ. Ἔμελλε
772 γὰρ τῷ Διῒ τῷ βασιλεῖ κανηφορεῖν. Ἀλλ' ὁ Καλλισθένης γε πλέον
ἐφέρετο· ἦν γὰρ καὶ γένει προσήκων τῇ κόρῃ. Ἀπορῶν δὲ τῷ πράγματι
ὁ Θεοφάνης, ἐδεδίει γὰρ τὸν Στράτωνα, πλούτῳ τε καὶ γένει σχεδὸν
ἁπάντων διαφέροντα τῶν Βοιωτῶν, τὴν αἵρεσιν ἐβούλετο τῷ Τροφωνίῳ
ἐπιτρέψαι· καὶ ὁ Στράτων, ἀνεπέπειστο γὰρ ὑπὸ τῶν τῆς παρθένου
οἰκετῶν, ὡς πρὸς αὐτὸν μᾶλλον ἐκείνη ῥέποι, ἠξίου ἐπ' αὐτῇ ποιεῖσθαι
τῇ γαμουμένῃ τὴν ἐκλογήν. Ὡς δὲ τῆς παιδὸς ὁ Θεοφάνης ἐπυνθάνετο
ἐν ὄψει πάντων, ἡ δὲ τὸν Καλλισθένην προὔκρινεν, εὐθὺς μὲν ὁ Στρά-
B των δῆλος ἦν βαρέως φέρων τὴν ἀτιμίαν· ἡμέρας δὲ διαλιπὼν δύο,
προσῆλθε τῷ Θεοφάνει καὶ τῷ Καλλισθένει, ἀξιῶν τὴν φιλίαν αὐτῷ
πρὸς αὐτοὺς διαφυλάττεσθαι, εἰ καὶ τοῦ γάμου ἐφθονήθη ὑπὸ δαι-
μονίου τινός. Οἱ δὲ ἐπῄνουν τὰ λεγόμενα, ὥστε καὶ ἐπὶ τὴν ἑστίασιν
τῶν γάμων παρεκάλουν αὐτόν. Ὁ δὲ παρεσκευασμένος ἑταίρων ὄχλον,
καὶ πλῆθος οὐκ ὀλίγον θεραπόντων, διεσπαρμένους παρὰ τούτοις, καὶ
λανθάνοντας, ἕως ἡ κόρη κατὰ τὰ πάτρια ἐπὶ τὴν Κισσόεσσαν καλου-
μένην κρήνην κατῄει ταῖς νύμφαις τὰ προτέλεια θύσουσα, τότε δὴ
C συνδραμόντες πάντες οἱ λοχῶντες ἐκείνῳ συνελάμβανον αὐτήν. Καὶ ὁ

---

E. 1. Ἁλιάρτῳ] Wyttenb. Vulgo Ἀλιάρτῳ, ut intra Ἀλιάρτιος libri et scripti et editi habent omnes.

B. 5. ὁ δὲ παρεσκευασμένος] post δὲ inseruit Wyttenb. ἧκε e marg. E in qua tamen sic est additum, ut quo pertinere voluerit scriba non appareat.

# PLUTARCHI
# AMATORIAE NARRATIONES.

## I.

Aliarti, quae urbs est Boeotiae, puella fuit pulchritudine eximia, nomine Aristoclea, filia Theophanis. Hanc ambiverunt Strato Orchomenius et Callisthenes Aliartius. De his Strato cum opulentior erat, tum magis amore virginis victus. Viderat enim eam lavantem apud Lebadeam in fonte Hercyne, canistrum in sacrificio gestaturam Jovis regis. Callisthenes tamen praeferebatur: quod etiam generis propinquitate puellam attingeret. Theophanes in hac re animi dubius, ut qui Stratonem metueret, opibus ac nobilitate omnes paene Boeotos superantem, rem voluit Trophonio dijudicandam permittere. Strato, cui virginis famuli persuasissent, eam magis ad ipsum inclinare, ipsam puellam voluit optione soluta deligere, utrum vellet. Filia in omnium conspectu interrogata, Callisthenem praetulit. Statim prae se tulit Strato, iniquo se animo hunc contemtum ferre: tamen duobus interpositis diebus, convenit Theophanem atque Callisthenem, petiitque, ut, quando nuptias ipsi numen aliquod invidisset, tamen sibi cum ipsis amicitiam paterentur esse integram. Hi non tantum approbaverunt ipsius verba, sed etiam ad festivitatem nuptiarum invitaverunt hominem. Strato, sociorum caterva subornata, multisque famulorum suorum submissis, qui sparsim apud istos abderentur, in insidiis latuit: dum virgo ad fontem Cissoëssam (hederaceum diceres) majorum more descendens proteleia (quasi initiativa nuptiarum sacra) faceret. Ibi concursu ex insidiis facto, eam

---

C. 1. ἐκείνῳ] ABE. Petav. Ald. Bas. Vulgo ἐκεῖνοι.
C. 2. καὶ ὁ Στράτων γε] γε adjeci ex AE. Petav. Ald. Bas.

Στράτων γε εἴχετο τῆς παρθένου· ἀντελαμβάνετο δὲ, ὡς εἰκὸς, ὁ Καλλισθένης ἐν μέρει, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἕως ἔλαθεν ἡ παῖς ἐν χερσὶ τῶν ἀνθελκόντων διαφθαρεῖσα. Ὁ Καλλισθένης μὲν οὖν παραχρῆμα ἀφανὴς ἐγένετο, εἴτε διαχρησάμενος ἑαυτὸν, εἴτε φυγὰς ἀπελθὼν ἐκ τῆς Βοιωτίας. Οὐκ εἶχε δ' οὖν τις εἰπεῖν, ὅ, τι καὶ πεπόνθοι. Ὁ δὲ Στράτων φανερῶς ἐπικατέσφαξεν ἑαυτὸν τῇ παρθένῳ.

## Β.

D Φίδων τις τῶν Πελοποννησίων ἐπιτιθέμενος ἀρχῇ, τὴν Ἀργείων πόλιν, τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, ἡγεμονεύειν τῶν λοιπῶν βουλόμενος, πρῶτον ἐπεβούλευσε Κορινθίοις· πέμψας γὰρ ᾔτει παρ' αὐτῶν νεανίας χιλίους, τοὺς ἀκμῇ διαφέροντας ταὶ ἀνδρείᾳ· οἱ δὲ πέμπουσι τοὺς χιλίους, στρατηγὸν αὐτῶν ἀποδείξαντες Δέξανδρον. Ἐν νῷ δ' ἔχων ὁ Φίδων ἐπιθέσθαι τούτοις, ἵν' ἔχοι Κόρινθον ἀτονωτέραν, καὶ τῇ πόλει χρήσαιτο, προτείχισμα γὰρ τοῦτο ἐπικαιρότατον ἔσεσθαι τῆς ὅλης Πελοποννήσου, τὴν πρᾶξιν ἀνέθετο τῶν ἑταίρων τισίν. Ἦν δὲ καὶ Ἄβρων
E ἐν αὐτοῖς· οὗτος δὲ ξένος ὢν τοῦ Δεξάνδρου, ἔφρασεν αὐτῷ τὴν ἐπιβουλήν. Καὶ οὕτως οἱ μὲν Φλιάσιοι πρὸ τῆς ἐπιθέσεως εἰς τὴν Κόρινθον ἐσώθησαν· Φίδων δὲ ἀνευρεῖν ἐπειρᾶτο τὸν προδόντα καὶ ἐπιμελῶς ἐζήτει. Δείσας δ' ὁ Ἄβρων φεύγει εἰς Κόρινθον, ἀναλαβὼν τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς οἰκέτας, ἐν Μελίσσῳ, κώμῃ τινὶ τῆς Κορινθίων χώρας· ἔνθα καὶ παῖδα γεννήσας Μέλισσον προσηγόρευσεν, ἀπὸ τοῦ τόπου θέμενος τοὔνομα αὐτῷ. Τούτου δὴ τοῦ Μελίσσου υἱὸς Ἀκταίων γίνεται, κάλλιστος καὶ σωφρονέστατος τῶν ὁμηλίκων, οὗ πλεῖστοι μὲν ἐγένοντο ἐρασταὶ, διαφερόντως δὲ Ἀρχίας, γένους μὲν ὢν τοῦ τῶν
F Ἡρακλειδῶν, πλούτῳ δὲ καὶ τῇ ἄλλῃ δυνάμει λαμπρότατος Κορινθίων. Ἐπεὶ δὲ πείθειν οὐκ ἠδύνατο τὸν παῖδα, ἔγνω βιάσασθαι καὶ συναρπάσαι τὸ μειράκιον, ἐπεκώμασεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Μελίσσου, πλῆθος ἐπαγόμενος καὶ φίλων καὶ οἰκετῶν, καὶ ἀπάγειν τὸν παῖδα ἐπειρᾶτο· ἀντιποιουμένου δὲ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων, ἐπεκδραμόντων δὲ καὶ τῶν γειτόνων καὶ ἀνθελκόντων, ἀνθελκόμενος ὁ Ἀκταίων
773 διεφθάρη· καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀπεχώρουν. Μέλισσος δὲ τὸν νεκρὸν τοῦ παιδὸς εἰς τὴν ἀγορὰν τῶν Κορινθίων παρακομίσας, ἐπεδείκνυε, δίκην ἀπαιτῶν παρὰ τῶν ταῦτα πραξάντων· οἱ δὲ πλέον οὐδὲν ἢ τὸν ἄνδρα ἠλέουν. Ἄπρακτος δὲ ἀναχωρήσας παρεφύλασσε τὴν πανήγυριν τοῦ Ἰσθμίου· ἀναβάς τε ἐπὶ τὸν τοῦ Ποσειδῶνος νεὼν, κατεβόα τῶν Βακχιαδῶν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς Ἄβρωνος εὐεργεσίαν ὑπε-

---

C. 6. ὅ, τι καὶ πεπόνθοι] ABE. Petav. Vulgo ὅ, τι καὶ ἐπεπόνθει.

D. 1. Φίδων] AE. Venet. Petav. Ald. Bas. Xyl. Vulgo Φίλων. Wyttenb. edidit Φείδων, ut constanter habet B. et sic infra.

D. 4. ἀνδρείᾳ] ἀνδρία E.

D. ult. Ἄβρων] Wyttenb. edidit Ἅβρων sine libris.

corripuerunt, ipso virginem tenente Stratone. Ab altera parte Callisthenes cum suis manum injecit (quod cogitatu facile est:) puella inter eam concertationem, non observantibus, qui hac illac raptabant, periit. Callisthenes subito amissus fuit, neque dicere quisquam potuit, quid ei accidisset: sive mortem sibi ipse conscivit, sive exsilii causa Boeotiam deseruit. Strato palam super virgine se ipsum jugulavit.

## II.

Philo [Phidon] quidam Argivus, cum hoc moliretur, qui patria ipsius in alias omnes Peloponnesi civitates imperium obtineret: primum insidias tetendit Corinthiis. Itaque misit, qui ab iis peterent adolescentes mille, vigore et fortitudine praestantes: iique hos miserunt, duce Dexandro. In animo habebat Phido, istos per fraudem opprimere, ut Corinthum viribus deminutam eo facilius occuparet, opportunissimam eam munitionem totius Peloponnesi futuram: et rem cum quibusdam sociis suis communicavit, inter quos erat Abro. Hic Dexandro, hospitio ipsius utenti, rem aperuit. Sic Phliasii isti, ante tempus opprimendis ipsis constitutum, Corinthum evaserunt. Phido autem magno studio inquirebat, quis consilium hoc ipsius prodidisset. Ideo sibi metuens Abro, Corinthum profugit, assumta uxore et servis, inque pago quodam Corinthiaco consedit, cui nomen erat Melissus. Ibi sibi filium natum a loco Melissum dixit. Hujus ergo Melissi filius Actaeon, formae venustate et pudicitia omnes suos aequales superavit: amatusque est a plurimis, maxime Archia, qui genus ab Heraclidis ducens, opibus et potentia reliquis anteibat Corinthiis. Is cum Actaeoni non persuaderet, ut sibi se daret, vi rapere puerum aggressus, comessatum venit ad Melissi domum, amicorum et servorum turba stipatus. Reluctantibus autem patre et amicis, ac vicinis quoque accurentibus, et eripere puerum nitentibus: Actaeon, dum utraque pars ad se eum trahit, interit: Archias cum suis abeunt. Melissus cadaver filii in Corinthiorum forum cum attulisset, atque ostentasset, et a flagitii auctoribus ut poenae exigerentur petiisset: a magistratu nihil aliud, quam quod est ejus miseritum, abstulit. Re ergo infecta digressus, Isthmicum conventum exspectavit. Ibi conscensa Neptuni ara, Bacchiadas insectatus verbis, patrisque sui Abronis beneficio commemorato, deos comprecatus, de saxis sese projecit. Paulo post Corinthios siccitas et pestis invaserunt:

---

E. 2. *Φλιάσιοι*] *χίλιοι* Mez.

F. 2. *συναρπάσαι*] Stephanus e Leonic. *συναρπάσας* ABE. Ald. Bas. Petav. *συναρπάσασθαι* Schott. T. V. B. Wyttenb. mavult *συναρπάσων*.

A. 5. *τοῦ Ἰσθμίου*] Wyttenb. e B. edidit *τῶν Ἰσθμίων*.

μίμνησκε· τούς τε θεοὺς ἐπικαλεσάμενος, ῥίπτει ἑαυτὸν κατὰ τῶν πετρῶν. Μετ' οὐ πολὺ δὲ αὐχμὸς καὶ λοιμὸς κατελάμβανε τὴν πόλιν·
B καὶ τῶν Κορινθίων περὶ ἀπαλλαγῆς χρωμένων, ὁ θεὸς ἀνεῖλε, μῆνιν εἶναι Ποσειδῶνος, οὐκ ἀνήσοντος, ἕως ἂν τὸν Ἀκταίωνος θάνατον μετέλθοιεν. Ταῦτα πυθόμενος Ἀρχίας, αὐτὸς γὰρ θεωρὸς ἦν, εἰς μὲν τὴν Κόρινθον ἑκὼν οὐκ ἐπανῆλθε, πλεύσας δ' εἰς τὴν Σικελίαν, Συρακούσας ἔκτισε· πατὴρ δὲ γενόμενος ἐνταῦθα θυγατέρων δυεῖν, Ὀρτυγίας τε καὶ Συρακούσης, ὑπὸ τοῦ Τηλέφου δολοφονεῖται, ὃς ἐγεγόνει μὲν αὐτοῦ παιδικὰ, νεὼς δὲ ἀφηγούμενος συνέπλευσεν εἰς Σικελίαν.

## Γ.

Ἀνὴρ πένης, Σκέδασος τοὔνομα, κατῴκει Λεῦκτρα· ἔστι δὲ κώμιον τῆς τῶν Θεσπιέων χώρας· τούτῳ θυγατέρες γίνονται δύο· ἐκαλοῦντο
C δὲ Ἱππὼ καὶ Μιλητία, ἢ, ὥς τινες, Θεανὼ καὶ Εὐξίππη· ἦν δὲ χρηστὸς ὁ Σκέδασος καὶ τοῖς ξένοις ἐπιτήδειος, καίπερ οὐ πολλὰ κεκτημένος. Ἀφικομένους οὖν πρὸς αὐτὸν δύο Σπαρτιάτας νεανίας ὑπεδέξατο προθύμως· οἱ δὲ τῶν παρθένων ἡττώμενοι, διεκωλύοντο πρὸς τὴν τόλμαν ὑπὸ τῆς τοῦ Σκεδάσου χρηστότητος. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ Πυθώδε ἀπῄεσαν· αὕτη γὰρ αὐτοῖς προὔκειτο ἡ ὁδός· καὶ τῷ θεῷ χρησάμενοι, περὶ ὧν ἐδέοντο, πάλιν ἐπανῄεσαν οἴκαδε, καὶ χωροῦντες διὰ τῆς Βοιωτίας, ἐπέστησαν πάλιν τῇ τοῦ Σκεδάσου οἰκίᾳ. Ὁ δὲ ἐτύγχανεν οὐκ
D ἐπιδημῶν τοῖς Λεύκτροις, ἀλλ' αἱ θυγατέρες αὐτοῦ ὑπὸ τῆς συνήθους ἀγωγῆς τοὺς ξένους ὑπεδέξαντο. Οἱ δὲ καταλαβόντες ἐρήμους τὰς κόρας, βιάζονται· ὁρῶντες δὲ αὐτὰς καθ' ὑπερβολὴν τῇ ὕβρει χαλεπαινούσας ἀπέκτειναν, καὶ ἐμβαλόντες ἔς τι φρέαρ ἀπηλλάγησαν. Ἐπανελθὼν δὲ ὁ Σκέδασος τὰς μὲν κόρας οὐχ ἑώρα, πάντα δὲ τὰ καταλειφθέντα εὑρίσκει σῶα, καὶ τῷ πράγματι ἠπόρει, ἕως τῆς κυνὸς κνυζωμένης, καὶ πολλάκις μὲν προστρεχούσης πρὸς αὐτὸν, ἀπὸ δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ φρέαρ ἐπανιούσης, εἴκασεν, ὅπερ ἦν, καὶ τῶν θυγατέρων τὰ νεκρὰ οὕτως ἀνιμήσατο. Πυθόμενος δὲ παρὰ τῶν γειτόνων, ὅτι ἴδοιεν τῇ χθὲς
E ἡμέρᾳ τοὺς καὶ πρώην καταχθέντας ἐπ' αὐτοὺς Λακεδαιμονίους εἰσιόντας, συνεβάλετο τὴν πρᾶξιν ἐκείνων, ὅτι καὶ πρώην συνεχῶς ἐπῄνουν τὰς κόρας, μακαρίζοντες τοὺς γαμήσοντας. Ἀπῄει εἰς Λακεδαίμονα, τοῖς Ἐφόροις ἐντευξόμενος· γενόμενος δὲ ἐν τῇ Ἀργολικῇ, νυκτὸς καταλαμβανούσης, εἰς πανδοκεῖόν τι κατήχθη· κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ καί.

---

A. 8. λοιμός] λ°ιμός E. in quo o a recent. manu videtur esse.

B. 5. ἔκτισε] Wyttenb. ἔκτισεν, ut est in Ald. Bas. Sed ἔκτισε tuentur ABE

B. ib. δυεῖν] δυοῖν B. Bas.

B. 6. Συρακούσης] A (in quo alterum σ erasum) BE. Petav. Vulgo Συρακούσσης.

cumque consuluissent de liberatione mali oraculum, misso ad eam rem ipso Archia: respondit deus, iram esse Neptuni, non cessaturam, donec Actaeonis mortem ulciscerentur. Hoc ubi audivit Archias, ultro sibi exsilium a Corintho indixit, et in Siciliam navigavit, ac Syracusas condidit. Ibi cum duas filias genuisset, Ortygiam et Syracusam, per fraudem a Telepho necatus est, quo abusus ad foedam fuerat libidinem, et qui navi praefectus una in Siciliam navigaverat.

III.

Pauper quidam homo, nomine Scedasus, Leuctris habitavit: qui est Thespiensis regionis exiguus vicus. Filiae huic fuerunt duae, Hippo et Miletia: ab aliis Theano et Euexippa nominantur. Ipse Scedasus vir erat bonus et hospitalis: quamquam tenui fortuna. Ergo ad se venientes duos Spartanos juvenes comiter hospitio excepit: qui amore puellarum correpti, audere tamen aliquid bonitate Scedasi fuerunt prohibiti. Postridie ad Pythium oraculum, quo iter instituerant, profecti sunt: cumque deum de iis, quae statuerant, consuluissent, rursum per Boeotiam itinere facto, in Scedasi domo diverterunt. Aberat tum Leuctris Scedasus. Ejus filiae, sicut consueverant, hospites exceperunt. Ii solas nacti puellas, per vim vitiaverunt. Cumque eas viderent hanc contumeliam iniquissime ferre, interfectas in puteum quendam abjecerunt, itaque discesserunt. Domum reversus Scedasus, filias nusquam videns, omnia alia, quae reliquerat, salva inveniens, expedire se ex hac re nequibat. Tandem cane mussitante, et subinde ad ipsum accurrente, atque ab ipso ad puteum redeunte, id, quod res erat, suspicatus, inventa ibi filiarum cadavera exhausit. Cumque e vicinis cognovisset, visos pridie fuisse in domum ipsius intrantes Lacedaemonios eos, quibus etiam pridem hospitium dedisset: conjecit, hoc ipsorum esse facinus: quod tunc etiam perpetuo puellas laudassent, beatosque praedicassent, quibus eae nupturae essent. Ergo Spartam contendit, Ephoris rem significaturus. Cum in Argolicam pervenisset, nocte ingruente, in cauponam quandam divertit. Eodem tum venit etiam quidam senex, Orei Hestiaeatidis in Euboea civis. Hic cum ingemuisset, diraque Lacedaemoniis esset imprecatus: Scedasus hoc audiens, quaesivit, quidnam mali a Spartanis accepisset. Tum senex ita rem narravit.

---

C. 1. *Εὐξίππη*] Wyttenb. ex BE. Venet. Petav. Xyl. Vulgo *Εὐεξίππη*.

C. 5. *Πυθώδε*] AE. Vulgo *Πυθῶδε*.

D. 1. *αὐτοῦ*, Wyttenb. e BE. Ald. Bas. Xyl. Mez. Vulgo *αὐτούς*.

D. 6. *κνυζωμένης*] A (in quo *ω* erasum) BE. Vulgo *κνυζομένης*. Bas. *σκυζομένης*.

E 3. *ἀπήει*] Wyttenb. addere vult *οὖν*.

πρεσβύτης τις ἕτερος, τὸ γένος ἐξ Ὠρεοῦ πόλεως τῆς Ἑστιαιάτιδος· οὗ
F στενάξαντος καὶ Λακεδαιμονίων ἀρὰς ποιουμένου ἀκούσας ὁ Σκέδασος, ἐπυνθάνετο, τί κακὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων πεπονθὼς εἴη. Ὁ δὲ διηγεῖτο, ὡς ὑπήκοος μέν ἐστι τῆς Σπάρτης, πεμφθεὶς δὲ εἰς Ὠρεὸν Ἀριστόδημος ἁρμοστὴς παρὰ Λακεδαιμονίων, ὠμότητα καὶ παρανομίαν ἐπιδείξαιτο πολλήν· ἐρασθεὶς γάρ, ἔφη, τοῦ ἐμοῦ παιδός, ἐπειδὴ πείθειν ἀδύνατος ἦν, ἐπεχείρει βιάσασθαι καὶ ἀπάγειν αὐτὸν τῆς παλαίστρας· κωλύοντος δὲ τοῦ παιδοτρίβου καὶ νεανίσκων πολλῶν ἐκβοηθούντων, παραχρῆμα ὁ Ἀριστόδημος ἀπεχώρησε· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πληρώσας τριήρη, συνήρπασε τὸ μειράκιον, καὶ ἐξ Ὠρεοῦ διαπλεύσας εἰς τὴν περαίαν, ἐπεχείρει ὑβρίσαι, οὐ συγχωροῦντα δ' αὐτὸν ἀπέσφαξεν.
774 Ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὴν Ὠρεὸν εὐωχεῖτο· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔφθην τὸ πραχθὲν πυθόμενος, καὶ τὸ σῶμα κηδεύσας, παρεγενόμην εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ τοῖς Ἐφόροις ἐνετύγχανον· οἱ δὲ λόγον οὐκ ἐποιοῦντο. Σκέδασος δὲ ταῦτα ἀκούων, ἀθύμως διέκειτο, ὑπολαμβάνων, ὅτι οὐδ' αὐτοῦ λόγον τινὰ ποιήσονται οἱ Σπαρτιάται· ἐν μέρει τε τὴν οἰκείαν διηγήσατο συμφορὰν τῷ ξένῳ· ὁ δὲ παρεκάλει αὐτὸν μηδὲ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐφόροις, ἀλλ' ὑποστρέψαντα εἰς τὴν Βοιωτίαν κτίσαι τῶν θυγατέρων τὸν τάφον. Οὐκ ἐπείθετο δὲ ὅμως ὁ Σκέδασος, ἀλλ' εἰς τὴν Σπάρτην ἀφικόμενος,
B τοῖς Ἐφόροις ἐντυγχάνει· ὧν μηδὲν προσεχόντων, ἐπὶ τοὺς Βασιλέας ἵεται, καὶ ἀπὸ τούτων ἑκάστῳ τῶν δημοτῶν προσιὼν ὠδύρετο· μηδὲν δὲ πλέον ἀνύων, ἔθει διὰ μέσης τῆς πόλεως, ἀνατείνων πρὸς ἥλιον τὼ χεῖρε, αὖθις δὲ τὴν γῆν τύπτων ἀνεκαλεῖτο τὰς Ἐριννύας, καὶ τέλος αὑτὸν τοῦ ζῆν μετέστησεν. Ὑστέρῳ γε μὴν χρόνῳ δίκας ἔδοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι· ἐπειδὴ γὰρ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων ἦρχον, καὶ τὰς πόλεις φρουραῖς κατειλήφεσαν, Ἐπαμεινώνδας ὁ Θηβαῖος πρῶτον μὲν τὴν παρ' αὐτῷ φρουρὰν ἀπέσφαξε. Λακεδαιμονίων δὲ ἐπὶ τούτῳ πόλε-
C μον ἐξενεγκάντων, ἀπήντων οἱ Θηβαῖοι ἐπὶ τὰ Λεῦκτρα, αἰσιούμενοι τὸ χωρίον, ὅτι καὶ πρότερον ἐνταῦθα ἠλευθερώθησαν, ὅτε Ἀμφικτύων ὑπὸ Σθενέλου φυγὰς ἐλαθεὶς εἰς τὴν Θηβαίων ἀφίκετο πόλιν, καὶ Χαλκιδεῦσιν ὑποφόρους λαβών, ἔπαυσε τὸν δασμόν, Χαλκώδοντα, τὸν βασιλέα τῶν Εὐβοέων, ἀποκτείνας. Συνέβη δέ, Λακεδαιμονίων ἧτταν παντελῆ γενέσθαι περὶ αὐτὸ τὸ μνῆμα τῶν Σκεδάσου θυγατέρων. Φασὶ δὲ πρὸ τῆς μάχης Πελοπίδῃ, ἑνὶ τῶν στρατηγῶν τοῦ Θηβαϊκοῦ στρατεύματος, ἐπὶ σημείοις τισὶν οὐ καλῶς κρινομένοις θορυβουμένῳ,
D Σκέδασον ἐπιστῆναι κατὰ τοὺς ὕπνους, θαῤῥεῖν κελεύοντα· παραγίνεσθαι γὰρ εἰς Λεῦκτρα Λακεδαιμονίους, αὐτῷ τε καὶ ταῖς θυγατράσι

---

A. 1. ἐγὼ δὲ οὐκ ἔφθην] ex mea conjectura. Vulgo ἐγὼ δὲ ἔφθην.
A. 4. οὐδ' αὐτοῦ] οὐδ' αὑτοῦ ABE. Ald. Bas.

Sum, inquit, Spartanorum subditus. Sed missus ab eis Aristodemus, qui Oreum gubernaret, (harmostam illi vocant) crudeliter admodum ac nefarie egit. Nam amore filii mei captus, cum ei persuadere vitium nequiret, vim inferre aggressus est, eumque e palaestra abripere. Resistente autem paedotriba, et multis adolescentibus ad opem filio ferendam accurrentibus, tunc quidem discessit: postridie autem, triremi instructa, filium illum meum arreptum in ulteriorem continentem trajecit: ibique libidini ipsius reluctantem cum jugulasset, Oreum reversus convivium celebravit. Ego, qui mature, quid actum esset, rescivissem, corpus filii humavi: Spartamque profectus, rem ad Ephoros retuli. Sed illi facinoris ejus nullam habuerunt rationem. Haec narratio Scedasi animo moestitiam attulit, suspicanti, suam quoque causam Spartanis curae non futuram. Suam interim calamitatem seorsim hospiti narravit. Is ei hoc consilii dedit, ut neutiquam appellaret Ephoros: sed in Boeotiam reversus, filiabus sepulcrum conderet. Scedasus non obtemperavit: sed Spartam profectus rem ad Ephoros detulit. Iisque animum non advertentibus, ad reges accessit: atque ab his digressus quemvis popularium accedens, suam miseriam deploravit. Tandem cum nihil ageret, per mediam discurrit urbem, manusque ad Solem intendens, ac rursum terram iis feriens, evocavit Furias, ac sibi denique mortem conscivit. Verum enim vero postea poenas luerunt Lacedaemonii. Cum enim in omnes Graecos imperium occupavissent, et urbibus praesidia imposuissent, primum apud suos collocatum praesidium Epaminondas Thebanus interfecit. Deinde cum ea de causa Lacedaemonii bellum intulissent, occurerunt ad Leuctra Thebani, moti omine loci. Nam et ante ibi fuerunt liberati: quo tempore Amphictyon extorris a Sthenelo factus Thebas venit: eosque inveniens Chalcidensibus stipendiarios, interfecto rege Euboeensium Chalcodonte, a tributo absolvit. Evenit autem, ut omnino succumberent in proelio Lacedaemonii apud ipsum filiarum Scedasi monumentum. Traditum est, ante illum conflictum Pelopidae, uni de ductoribus Thebani exercitus, ob quaedam ostenta, quae ipsi non admodum viderentur prospera, de auspicum sententiis perturbato, in somnis adstitisse Scedasum, hortantem, ut bono esset animo: nam Lacedaemonios eo ad Leuctra venire, ut Scedaso ejusque filiabus poenas pendant: ac jussisse, ut ea die, quae pugnam esset antegressura, pullum

---

C. 2. *Ἀμφικτύων*] Ricardus conjecit *Ἀμφιτρύων*.
C. 4. *Χαλκιδεῦσιν*] Wyttenb. e B et Xyl. vers. Vulgo *Χαλκιδεῖς*.
C. ult. *καλῶς*] *καλοῖς* Wyttenb. cum Bryan. et Xyl. vers. mavult.

δώσοντας δίκας, πρὸ μιᾶς δ᾽ ἡμέρας ἢ συμβαλεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις,
πῶλον ἐκέλευεν ἵππου λευκὸν ἕτοιμον παρὰ τῷ τάφῳ τῶν παρθένων
σφαγιάσασθαι· τὸν δὲ Πελοπίδαν, ἔτι τῶν Λακεδαιμονίων στρατευο-
μένων ἐν Τεγέᾳ, εἰς Λεῦκτρα πέμψαι τοὺς ἐξετάσοντας περὶ τοῦ τάφου
τούτου, καὶ πυθόμενον παρὰ τῶν ἐγχωρίων, θαῤῥοῦντα τὴν στρατιὰν
ἐξαγαγεῖν καὶ νικῆσαι.

## Δ.

E Φῶκος Βοιώτιος μὲν ἦν τῷ γένει· ἦν γὰρ ἐκ Κλεισαντος· πατὴρ
δὲ Καλλιῤῥόης, κάλλει τε καὶ σωφροσύνῃ διαφερούσης. Ταύτην ἐμνη-
στεύοντο νεανίαι τριάκοντα εὐδοκιμώτατοι ἐν Βοιωτίᾳ· ὁ δὲ Φῶκος
ἄλλας ἐξ ἄλλων ἀναβολὰς τῶν γάμων ἐποιεῖτο, φοβούμενος, μὴ βια-
σθείη, τέλος δὲ λιπαρούντων ἐκείνων, ἠξίου ἐπὶ τῷ Πυθίῳ ποιήσασθαι
τὴν αἵρεσιν. Οἱ δὲ πρὸς τὸν λόγον ἐχαλέπηναν, καὶ ὁρμήσαντες
ἀπέκτειναν τὸν Φῶκον· ἐν δὲ τῷ θορύβῳ ἡ κόρη φυγοῦσα ἵετο διὰ
τῆς χώρας· ἐδίωκον δὲ αὐτὴν οἱ νεανίαι. Ἡ δὲ ἐντυχοῦσα γεωργοῖς ἐν
F ἅλῳ σῖτον συντιθεῖσι, σωτηρίας ἔτυχε παρ᾽ αὐτῶν· ἀπέκρυψαν γὰρ
αὐτὴν οἱ γεωργοὶ ἐν τῷ σίτῳ. Καὶ οὕτω παρῆξαν μὲν οἱ διώκοντες·
ἡ δὲ διασωθεῖσα, ἐφύλαξε τὴν τῶν Παμβοιωτίων ἑορτὴν, καὶ τότε εἰς
Κορώνειαν ἐλθοῦσα, ἱκέτις καθέζεται ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἰτωνίας Ἀθη-
νᾶς, καὶ τῶν μνηστήρων τὴν παρανομίαν διηγεῖτο, τό τε ἑκάστου ὄνομα
καὶ τὴν πατρίδα σημαίνουσα. Ἠλέουν οὖν οἱ Βοιωτοὶ τὴν παῖδα, καὶ
τοῖς νεανίαις ἠγανάκτουν· οἱ δὲ, ταῦτα πυθόμενοι, εἰς Ὀρχομενὸν
καταφεύγουσιν. Οὐ δεξαμένων δὲ αὐτοὺς τῶν Ὀρχομενίων, πρὸς Ἱππό-
775 τας εἰσώρμησαν· κώμη δὲ ἦν παρὰ τῷ Ἑλικῶνι, κειμένη μεταξὺ Θήβης
καὶ Κορωνείας· οἱ δὲ ὑποδέχονται αὐτούς. Εἶτα πέμπουσι Θηβαῖοι
ἐξαιτοῦντες τοὺς Φώκου φονεῖς· τῶν δὲ οὐ διδόντων, ἐστράτευσαν μὲν
μετὰ τῶν ἄλλων Βοιωτῶν, στρατηγοῦντος Φοίδου, ὃς τότε τὴν ἀρχὴν
τῶν Θηβαίων διεῖπε· πολιορκήσαντες δὲ τὴν κώμην ὀχυρὰν οὖσαν,
δίψει δὲ τῶν ἔνδον κρατηθέντων, τοὺς μὲν φονεῖς ληφθέντας κατέλευ-
σαν, τοὺς δ᾽ ἐν τῇ κώμῃ ἐξηνδραποδίσαντο· κατασκάψαντες δὲ τὰ τείχη
B καὶ τὰς οἰκίας, διένειμαν τὴν χώραν Θηβαιεῦσί τε καὶ Κορωνεῦσι.
Φασὶ δὲ νυκτὸς, πρὸ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱπποτῶν, φωνὴν ἐκ τοῦ Ἑλι-
κῶνος πολλάκις ἀκουσθῆναι λέγοντός τινος, Πάρειμι· τοὺς δὲ μνηστῆ-
ρας τοὺς τριάκοντα τόδε τὸ φώνημα γνωρίζειν, ὅτι Φώκου εἴη. Ἧι δὲ
ἡμέρᾳ κατελεύσθησαν, τὸ ἐν Κλείσαντι μνῆμα τοῦ γέροντος κρόκῳ

---

D. 4. ἵππου] ἵππον ABE. Ald. Bas.
D. ib. λευκὸν] Wyttenb. e BE. Petav. Ald. Bas. Xyl. Vulgo λευκοῦ.
D. 8. ἐξαγαγεῖν] ἐξάγειν ABE. Petav.
E. 1. Κλείσαντος] Bas. Xyl. Γλείσαντος.
E. 7. ἵετο] Wyttenb. edidit ἴετο, sine ulla auctoritate.

equinum album ad virginum sepulcrum immolaret. Pelopidam, adhuc Lacedaemoniis apud Tegeam castra habentibus, misisse, qui de eo sepulcro explorarent. Cumque rem ita habere ex ejus loco incolis accepisset, confirmato animo exercitum in aciem produxisse, victoriaque esse potitum.

IV.

Phocus Boeotius erat, Glisante urbe natus. Habuit is filiam Callirhoën, pulchritudine juxtaque pudicitia praestantem. Hujus conjugium expetebant triginta juvenes e tota Boeotica juventute nobilissimi. Phocus cum alias ex aliis dilationes nuptiarum fecisset, a vi sibi metuens: tandem illis urgentibus, postulavit, ut Apollini Pythio judicium sponsi filiae deligendi permitterent. Illi indigne ferentes hanc ejus orationem, facto impetu hominem interfecerunt. Virgo in eo tumultu effugit, ac per regionem istam se proripuit, insequentibus ipsam juvenibus. Cum autem incidisset in rusticos frumentum in horreo componentes, ab iis servata est. Occultaverunt enim eam in frumento. Itaque ii, qui insequebantur, transvecti sunt cursu. Sic servata, praestolata est tempus solennis omnium Boeotorum conventus, quae Pamboeotia vocantur. Quod ubi appulit, Coroneam profecta supplex consedit in ara Itoniae Minervae, ac de scelere procorum conquesta est, nomine et patria singulorum indicatis. Miserati puellam Boeotii, succensuerunt procis. Hi, eo comperto, Orchomenum confugerunt: exclusique ab oppidanis, Hippotas contenderunt, quod est oppidulum ad Heliconem, inter Thebas et Coroneam situm. Ibi ergo fuerunt recepti. Miserunt deinde Thebani, qui dedi percussores Phoci juberent. Cumque non dederentur, expeditionem in Hippotas una cum aliis Boeotis fecerunt, duce Phoedo, tum Thebanorum praetore: obsessoque oppidulo, quod munitum erat, siti hostes in potestatem redegerunt. Proinde comprehensos homicidas lapidibus obruerunt: reliquos Hippotenses in servitutem abduxerunt, murisque et domibus destructis, agrum inter Thebanos et Coronenses diviserunt. Ea nocte, quae Hippotarum excidium praecessit, vocem ex Helicone crebro auditam tradunt dicentis: Adsum: et probos triginta intellexisse, eam Phoci esse vocem. Qua autem die lapidibus sunt ob-

---

A. 6. κατέλευσαν] κατέκαυσαν ABE. Petav. Ald.
B. 1. Θηβαιεῦσι] Xyl. et Wyttenb. Vulgo Θηβεῦσι.
B. ib. Κορωνεῦσι] Wyttenb. e BE. Venet. Petav. Bas. Xyl. Vulgo Κορωνίοι.
B. 4. Φώκου] ABE. Petav. Vulgo τοῦ Φώκου.

φασὶ ῥεῦσαι· Φοίδῳ δὲ, τῷ Θηβαίων ἄρχοντι καὶ στρατηγῷ, ἐκ τῆς μάχης ἐπανιόντι, ἀγγελθῆναι θυγατέρα γεγενημένην, αἰσιούμενον προσαγορεῦσαι Νικοστράτην.

ε΄.

Ἄλκιππος τὸ μὲν γένος Λακεδαιμόνιος ἦν· γήμας δὲ Δαμοκρίταν, C πατὴρ θυγατέρων γίνεται δύο· συμβουλεύων δὲ τῇ πόλει κράτιστά τε καὶ πράττων, ὅτου δέοιντο Λακεδαιμόνιοι, ἐφθονήθη ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων, οἳ τοὺς Ἐφόρους ψευδέσι λόγοις παραγαγόντες, ὡς τοῦ Ἀλκίππου βουλομένου τοὺς νόμους καταλῦσαι, φυγῇ περιέβαλον τὸν ἄνδρα. Καὶ ὁ μὲν ὑπεξῆλθε τῆς Σπάρτης, Δαμοκρίταν δὲ τὴν γυναῖκα μετὰ τῶν θυγατέρων βουλομένην ἕπεσθαι τἀνδρὶ ἐκώλυον, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἐδήμευσαν, ἵνα μὴ εὐπορῶσι προικὸς αἱ παρθένοι. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὥς ἐμνηστεύοντό τινες τὰς παῖδας διὰ τὴν τοῦ D πατρὸς ἀρετὴν, ἐκώλυσαν οἱ ἐχθροὶ διὰ ψηφίσματος μὴ μνηστεύεσθαί τινας τὰς κόρας, λέγοντες, ὡς ἡ μήτηρ αὐτῶν Δαμοκρίτα πολλάκις εὔξατο τὰς θυγατέρας ταχέως γεννῆσαι παῖδας, τιμωροὺς τῷ πατρὶ γενησομένους. Πανταχόθεν δὲ ἡ Δαμοκρίτα περιελαυνομένη, ἐτήρησέ τινα πάνδημον ἑορτὴν, ἐν ᾗ γυναῖκες ἅμα παρθένοις καὶ οἰκείοις καὶ νηπίοις ἑώρταζον, αἱ δὲ τῶν ἐν τέλει καθ' ἑαυτὰς ἐν ἀνδρῶνι μεγάλῳ διεπαννύχιζον· ξίφος τε ὑποζωσαμένη, καὶ τὰς κόρας λαβοῦσα E νυκτὸς ἦλθεν εἰς τὸ ἱερὸν, καιρὸν παραφυλάξασα, ἐν ᾧ πᾶσαι τὸ μυστήριον ἐπετέλουν ἐν τῷ ἀνδρῶνι· καὶ κεκλεισμένων τῶν εἰσόδων, ξύλα ταῖς θύραις πολλὰ προσνήσασα, (ταῦτα δὲ ἦν εἰς τὴν τῆς ἑορτῆς θυσίαν ὑπ' ἐκείνων παρεσκευασμένα) πῦρ ἐνῆκε· συνθεόντων δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὴν βοήθειαν, ἡ Δαμοκρίτα τὰς θυγατέρας ἀπέσφαξε, καὶ ἐπ' ἐκείναις ἑαυτήν. Οὐκ ἔχοντες δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὅπῃ τὸν θυμὸν ἀπερείσονται, ἐκτὸς ὅρων ἔῤῥιψαν τῆς τε Δαμοκρίτας καὶ τῶν θυγατέρων τὰ σώματα. Ἐφ' ᾧ μηνίσαντος τοῦ θεοῦ, τὸν μέγαν ἱστοροῦσι Λακεδαιμονίοις σεισμὸν ἐπιγενέσθαι.

---

B. 6. τῷ Θηβαίων] AE. Venet. Petav. Wyttenb. Vulgo τῶν Θηβαίων. In B est: τῷ τῶν Θηβαίων.

B. 7. αἰσιούμενον] aut praemittendum ἦν, aut corrigendum ἀγγελθεῖσαν censet Wyttenb.

ruti, monumentum senis Phoci, Glisante positum, crocum stilasse. Phocdo autem a pugna reverso nuncium allatum de nata ipsi filiola: cui ominis gratia Nicostratae nomen fecerit.

## V.

Alcippus Lacedaemonius ex uxore Damocrita duas filias suscepit. Is cum optime consuleret reipublicae, remque ex ejus usu gereret, ab adversae factionis hominibus per invidiam apud Ephoros delatus fuit, iisque persuasum mendaci oratione, Alcippum leges convellere instituisse. Iussus itaque solum vertere, Sparta abiit. Uxorem autem cum filiabus sequi maritum volentem magistratus retinuit, publicatis insuper Alcippi bonis, ne dos esset filiabus. Cum vero nihilominus essent, qui eas ob patris virtutem ambirent: inimici edictum de non ambiendis eis impetraverunt: hoc causae praetendentes, Damocritam saepenumero optavisse, ut quamprimum filiae ipsius filios parerent, ultores paternae injuriae futuros. Ita undequaque circumscripta Damocrita, publicam exspectavit solennitatem: qua de more mulieres una cum virginibus, domesticis et infantibus conveniebant, matronae autem procerum seorsim in androne, seu conclavi quodam, noctem festivam ducebant. Tum gladio succincta, una cum filiabus in templum se contulit, observavitque id tempus, quo universae in androne mysteria peragebant. Ibi aditibus occlusis, multa ad fores ligna congessit, quae fuerant ad ejus festivitatis sacrificium comparata: ignemque immisit. Viris autem ad restinguendum incendium accurrentibus, Damocrita filias, seque super eas jugulavit. Lacedaemonii cum non haberent, in quem desaevirent, cadavera Damocritae et filiarum extra fines projecerunt. Ob quod facinus irato deo, magnum illum terrae motum Lacedaemoniis immissum fuisse narrant.

---

C. 1. *συμβουλεύων τε*] ABE. Vulgo *συμβουλεύων δὲ*.
C. 4. *τοῦ Ἀλκίππου*] articulum adjeci ex ABE. Petav.
E. 6. *ὅπη*] AE. Vulgo *ὅποι*.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

# ΛΕΙΨΑΝΑ

## ΤΟΥ

## ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.

# ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΛΕΙΨΑΝΑ

## *ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.*

*Ἐκ τοῦ περὶ Ἔρωτος.*

*α΄. Τῶν Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικόν ἐστιν, ὁ ἔρως, οἷον πνεῦμα κοινὸν διαπεφυκώς. Ὃν οὖν μάλιστα θιασώτην τοῦ θεοῦ καὶ ὀργιαστὴν τὸν ἄνδρα συμπεριλαμβάνομεν εἰς τὴν ζήτησιν, ἐπεὶ καὶ λελάληκε περὶ τοῦ πάθους φιλοσοφώτερον. Ἄξιον γὰρ εἶναι θαύματός φησι τὸ περὶ τοὺς ἐρῶντας, ὥσπερ ἔστιν, ἅμα λαλεῖ· εἶτα ἀπορεῖ καὶ ζητεῖ πρὸς ἑαυτόν·*

*Τίνι δεδούλωταί ποτε;*
*Ὄψει; φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν*
*Ἤρων· κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.*
*Ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται*
*Συνουσίας; πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ἔχων*
*Οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,*
*Ἕτερος ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος*
*Ψυχῆς· ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται.*

*Ταῦτα τίνα ἐστὶ σκεψώμεθα· καὶ γὰρ ἔχει τι κρουστικὸν καὶ κινητικὸν αἴτιον· μήτε τὴν συνουσίαν αἰτίαν εἶναι πιθανόν ἐστι· ἀρχαὶ γὰρ αὗταί τινες ἴσως, ἡ δὲ ἰσχὺς καὶ ῥίζωσις τοῦ πάθους ἐν ἑτέροις. Ἡ δ' ἀπόδειξις ἐλαφρὰ καὶ οὐδ' ἀληθής. Οὐ γὰρ ἔχει κρίσιν τὸ βλέπειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεύεσθαι. Καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοὴ, φύσει τε μᾶλλον διήρθρωται, καὶ τέχνῃ συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν· ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν μουσικῶν· ἐν δὲ μορφαῖς καὶ ἰδέαις αἱ τῶν ζώων φρένες· ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην, φήσαντα μὴ καλὴν αὐτῷ φανῆναι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην· Λάβε γὰρ, ἔφη, τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ θεός σοι φανήσεται. Πολὺ δὲ καὶ μυρεψοὶ περὶ τὰ ὀσφραντὰ, καὶ νὴ Δία ὀψοποιοὶ περὶ τὰ γευστὰ, διατριβῇ καὶ συνηθείᾳ διαφέρουσαν ἡμῶν κρίσιν ἔχουσι. Πάλιν δὲ τὸ συνουσίᾳ τὸν ἔρωτα μὴ κρατεῖσθαι, διὰ τὸ τῇ αὐτῇ συγγενόμενον ἄλλον ἀπαλλαγῆναι καὶ καταφρονῆσαι,*

τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον, εἰ λέγοι τις, μηδὲ χυμῶν ἡδονῇ δεδουλῶσθαι Φιλόξενον τὸν ὀψοφάγον, ὅτι τῶν αὐτῶν Ἀντισθένης γευσάμενος, οὐδὲν ἔπαθε τοιοῦτον· μηδὲ ὑπὸ οἴνου μεθύειν Ἀλκιβιάδην, ὅτι Σωκράτης πίνων τὸν ἴσον οἶνον ἔνηφεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσωμεν· τὰ δ' ἐφεξῆς, ἐν οἷς ἤδη τὴν αὑτοῦ δόξαν ἀποφαίνεται, σκοπῶμεν. Καιρός ἐστιν ἡ νόσος ψυχῆς. Εὖ καὶ ὀρθῶς. Δεῖ γὰρ ἅμα τοῦ πάσχοντος εἰς ταὐτὸ καὶ τοῦ ποιοῦντος ἀπάντησιν γενέσθαι, πρὸς ἄλληλά πως ἐχόντων· ὡς ἄκυρον εἰς τὴν τοῦ τέλους ἀπεργασίαν ἡ δραστικὴ δύναμις, ἂν μὴ παθητικὴ διάθεσις ᾖ. Τοῦτο δὲ εὐστοχίας ἐστὶ καιροῦ τῷ παθεῖν ἐμοί πως συνάπτοντος ἐν ἀκμῇ τὸ ποιεῖν πεφυκός.

β'. Οἱ μὲν γὰρ νοῦν τὸν ἔρωτα, οἱ δ' ἐπιθυμίαν, οἱ δὲ μανίαν, οἱ δὲ θεῖόν τι κίνημα τῆς ψυχῆς καὶ δαιμόνιον, οἱ δὲ ἄντικρυς θεὸν ἀναγορεύουσιν. Ὅθεν ὀρθῶς ἐνίοις ἔδοξε τὸ μὲν ἀρχόμενον ἐπιθυμίαν εἶναι, τὸ δ' ὑπερβάλλον μανίαν, τὸ δὲ ἀντίστροφον φιλίαν, τὸ δὲ ταπεινότερον ἀῤῥωστίαν, τὸ δ' εὐημεροῦν ἐνθουσιασμόν. Διὸ καὶ πυρφόρον αὐτὸν οἵ τε ποιηταὶ λέγουσιν, οἵ τε πλάσται καὶ γραφεῖς δημιουργοῦσιν· ὅτι καὶ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν λαμπρὸν ἥδιστόν ἐστιν, τὸ δὲ καυστικὸν ἀλγεινότατον.

γ'. Ὥσπερ γὰρ τοὺς φίλους ὑγιαίνοντας μὲν, ἂν πλημμελῶσιν, ἐξελέγχειν καὶ νουθετεῖν κράτιστόν ἐστιν, ἐν δὲ ταῖς παρακοπαῖς ταὶ τοῖς φρενετισμοῖς εἰώθαμεν μὴ διαμάχεσθαι μηδὲ ἀντιτείνειν, ἀλλὰ καὶ συμπεριφέρεσθαι καὶ συνεπινεύειν· οὕτω τοὺς μὲν δι' ὀργὴν ἢ πλεονεξίαν ἁμαρτάνοντας ἀνακόπτειν τῇ παῤῥησίᾳ δεῖ καὶ κωλύειν, τοῖς δ' ἐρῶσιν, ὥσπερ νοσοῦσι, συγγνώμην ἔχειν. Διὸ κράτιστον μὲν ἐξ ἀρχῆς τοιούτου πάθους σπέρμα μὴ παρέχεσθαι, μηδὲ ἀρχήν· ἂν δὲ ἐγγένηται, ἴθι ἐπὶ ἀποτροπαίων βωμοὺς θεῶν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἴθι ἐπὶ τὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν συνουσίας, ἐξέλασον αὐτοῦ τὸ θηρίον, πρὶν ὄνυχας φῦσαι καὶ ὀδόντας· εἰ δὲ μὴ, μαχέσῃ τελείῳ κακῷ, τὸ παιδίον τοῦτο καὶ νήπιον ἐναγκαλιζόμενος. Τίνες δέ εἰσιν οἱ τοῦ ἔρωτος ὄνυχες καὶ ὀδόντες; ὑποψία, ζηλοτυπία. Ἀλλὰ ἔχει τι πιθανὸν καὶ ἀνθηρόν· ἀμέλει καὶ ἡ Σφὶγξ εἶχεν ἐπαγωγὸν τὸ ποίκιλμα τοῦ πτεροῦ, καὶ

Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
Νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
Κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις ἀνταυγεῖ σέλας.

Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἔρως ἔχει τι χαρίεν καὶ οὐκ ἄμουσον, ἀλλὰ αἱμύλον καὶ ἐπιτερπές· ἁρπάζει δὲ καὶ βίους, καὶ οἴκους, καὶ γάμους, καὶ ἡγεμόνας, οὐκ αἰνίγματα προβάλλων, ἀλλ' αὐτὸς αἴνιγμα δυσεύρετον ὢν καὶ δύσλυτον. Εἰ βούλοιτό τις προτείνειν, τί μισεῖ καὶ φιλεῖ, τί φεύγει καὶ διώκει, τί ἀπειλεῖ καὶ ἱκετεύει, τί ὀργίζεται καὶ ἐλεεῖ, βούλεται παύσασθαι καὶ οὐ βούλεται, τί χαίρει τῷ αὐτῷ μάλιστα καὶ ἀνιᾶται, τοῦτο λῦσαι καὶ θεραπεῦσαι. Τῆς μὲν γὰρ Σφιγγὸς τὸ αἴνιγμα τὰ πλεῖστα καὶ πεπλασμένα ἔχει· οὔτε γὰρ τρίπους ὁ γέρων ἀληθῶς, εἰ προσείληφε

τοῖς ποσὶ βοηθεῖν· οὔτε τετράπους ὁ νήπιος, ἐπεὶ ταῖς χερσὶν ὑπερείδει τὴν τῶν βάσεων ὑγρότητα καὶ ἀσθένειαν. Τὰ δὲ τῶν ἐρώντων πάθη ἀληθῆ· στέργουσιν, ἐχθραίνουσι, τὸν αὐτὸν ποθοῦσιν ἀπόντα, τρέμουσι παρόντα, κολακεύουσι, λοιδοροῦσι, προαποθνήσκουσι, φονεύουσιν, εὔχονται μὴ φιλεῖν, καὶ παύσασθαι φιλοῦντες οὐ θέλουσι, σωφρονίζουσι καὶ πειρῶσι· παιδεύουσι καὶ διαφθείρουσιν· ἄρχειν θέλουσι, καὶ δουλεύειν ὑπομένουσι. Τοῦτο αἴτιον γένονε μάλιστα τοῦ μανίαν ὑποληφθῆναι τὸ πάθος.

Ἥρων· τὸ μαίνεσθαι δ᾽ ἄρ᾽ ἦν ἔρως βροτοῖς·

ἐρωτικὸς ἀνὴρ Εὐριπίδης φησίν.

δ'. Ὁ ἔρως, οὔτε τὴν γένεσιν ἐξαίφνης λαμβάνει καὶ ἀθρόαν, ὡς ὁ θυμός, οὔτε παρέρχεται ταχέως, καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος, ἀλλ᾽ ἐξάπτεται μαλακῶς, καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτὸν· ἀψάμενός τε τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ᾽ ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός· ἂν δὲ καὶ λήξῃ καὶ διαλυθῇ, χρόνῳ μαρανθεὶς, ἢ λόγῳ τινὶ κατασβεσθεὶς, οὔπω παντάπασιν ἐξαπήλλακται τῆς ψυχῆς· ἀλλ᾽ ἐναπολείπει πυρίκαυτον ὕλην καὶ σημεῖα θερμὰ, καθάπερ οἱ κεραυνοὶ τυφόμενοι. Λύπης μὲν γὰρ οὐδὲν ἀπαλλαγείσης ἴχνος ἐν τῇ ψυχῇ παραμένει συνοικοῦν, οὐδ᾽ ὀργῆς τραχείας πεσούσης, στέλλεται δὲ καὶ φλεγμονὴ, ἐπιθυμίας παρεχούσης τραχὺ κίνημα· τὰ δὲ ἐρωτικὰ δήγματα, κἂν ἀποστῇ τὸ θηρίον, οὐκ ἐξανίησι τὸν ἰόν· ἀλλὰ ἐνιδροῖ τὰ ἐντὸς σπαράγματα, καὶ ἀγνοεῖται τί ἦν, πῶς συνέστη, πόθεν εἰς τὴν ψυχὴν ἐνέπεσεν.

ε'. Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾷν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν οὐκ ἀδύνατον οὐδ᾽ ἀκίνδυνον· μᾶλλον δὲ, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις λαβὴ τοῦ πάθους ἐστί.

# ANIMADVERSIONES

IN

# PLUTARCHI EROTICUM.

# ANIMADVERSIONES

IN

# PLUTARCHI EROTICUM.

*ΕΡΩΤΙΚΟΣ*] Memoratur hic titulus in Lampriae Catalog. Num. CV, sed in Catal. Ms. Veneto desideratur (v. Fabric. Bibl. Gr. T. V. p. 167 sq. ed. Harl.) et pro eo legitur alius πρὸς τοὺς ἐρῶντας. Jam difficultatem illud objicit, quod in Lampr. Catal. Num. CCX. memorantur Ἐρωτικαὶ διηγήσεις, ἐν ἄλλῳ πρὸς τοὺς ἐρῶντας, sed alio loco in integriore illo catalogo Veneto scriptorum Plutarchi Ἐρωτικαὶ διηγήσεις citantur sine ullo additamento. Neutiquam tamen his commoveor, ut Plutarchum praeter nostrum librum alium etiam, qui inscriptus esset πρὸς τοὺς ἐρῶντας, edidisse arbitrer. Immo ita equidem sentio, Plutarchum, sive is inscripsit librum nostrum Ἐρωτικὸς, πρὸς τοὺς ἐρῶντας, sive memoria lapsus est, qui catalogum illum literis consignavit, unum duntaxat librum, quo de amore ageret, edidisse. Neque ullo modo assentior Wyttenbachio, qui quos affert Stobaeus locos e Plutarchi libris περὶ ἔρωτος (Stob. 63, 34. T. II. p. 405. Gaisf. 64, 32. p. 426. 66, 7. p. 441.) et Ὅτι οὐ κρίσις ὁ Ἔρως (ib. 64, 30. T. II. p. 424. 64, 31. p. 424), quorum alibi nulla fit mentio, petitos esse ex illo libro πρὸς τοὺς ἐρῶντας judicat. Quae sententia omni probabilitatis specie destituta est. Nam quum vel mediocriter attendenti ad nostri libri conditionem et formam pateat, maxime lacerum lacunosum et depravatum ad nostram aetatem eum pervenisse, et longiores brevioresque partes temporis injuria interceptas esse, majore jure et rectius statuere mihi videor, ea, quae in Stobaei Florilegio leguntur, ex nostro libro desumta esse, praesertim quum, quaenam sedes singulis fragmentis in eo sit assignanda, si non pro certo affirmari, at probabiliter conjici possit.

Temporis, quo scriptus est a Plutarcho Eroticus, satis certum indicium praebere videtur locus, qui legitur c. 25. p. 771. C. Ἀποκτείνει μὲν οὖν αὐτὴν ὁ Καῖσαρ (Vespasianus)· ἀποκτείνας δὲ δίδωσι δίκην, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῦ γένους παντὸς ἄρδην ἀναιρεθέντος. Ex quibus verbis jam Reiskius recte collegit, libellum nostrum post Domitiani caedem scriptum fuisse.

Quod ad argumentum attinet, in quo tractando versatus est Plutarchus, nolo permirum perstringere judicium boni Xylandri, qui in introitu suarum animadversionum haec fere profatur: „*Sunt quaedam mendosa in hoc libro, sed quae ob foedae impietatis defensionem iis contentam vix* legere sustinui,

*tantum abest, ut emendanda duxerim: immo nimis etiam liquida quaedam ob turpitudinem dedita opera obscuravi inter vertendum. Huc certe pertinet illud, dum legimus: Mundis omnia munda. Caeteroqui levia quaedam menda sustuli, ubi potui salva pietate: de quibus rationem reddere sit otiosum.*" Atque Rualdus quoque in hoc libro verecundiam per alia scripta tam diligenter a Plutarcho servatam desiderat in ejus vita cap. XXVIII. Eodem verecundiae et religionis sensu tactus magnus Is. Casaubonus Athenaei librum decimum tertium explicare et emendare aggressus erat. Horum vero judicia non morabuntur, qui, quae acerrimus veterum Graecorum pietatis vindex, Fredericus Jacobsius, tam subtiliter quam vere de amore masculo et feminarum conditione apud Graecos nuper commentatus est, diligenter expenderint.

Sed locum *de Amore* tractaverunt philosophorum Graecorum summi et principes, Socratis et Platonis haud dubie illustribus exemplis commonefacti et excitati, et magnam vixque satis deplorandam fecimus jacturam deperditis libris, quibus illi de re et gravissima et suavissima eleganter explicaverunt. Socratici enim, Cynici, Stoici, Academici, Peripatetici, Epicurei, alii, multa de rebus, quae ad amorem pertinent, praeclare commentati sunt et omnino post Socratis tempora nulla videtur tam ignobilis secta exstitisse, quin in amoris naturam suo more et ad sua placita accomodate inquireret. Quamobrem operae pretium me facturum esse spero, si missis nunc poetis et poetriis, missis lascivis et impudicis rerum eroticarum scriptoribus, missis rhetorum declamatiunculis et pigmentis, missis tritis et vulgaribus, hac oblata occasione philosophos eos, qui *de Amore* scripta ediderunt, recensuero. Quam quaestionem simul hanc credo utilitatem habituram esse, ut ex quibus fontibus Plutarchus hauserit, cognoscamus.

Postquam antiqui poetae et philosophi Amoris magnam vim in rerum naturam concelebraverant, quippe qui rudem et indigestam molem composuerit et in ordinem concentumque redegerit, et postquam prudentes legum latores, juvenum animos musica et amore emolliendos esse et mitigandos intelligentes, sapienter institutis effecerant, ut Amoris cultus in plerisque Graeciae civitatibus vigeret; primus exstitit Socrates, qui, quae illi obscuro quodam sensu ducti quasi divinassent, ea explicaret et ad certas quasdam rationes revocaret, doceretque intimam esse philosophiae et amoris conjunctionem, seque ipsum nihil aliud callere quam *τὰ ἐρωτικά*. Quo nomine SOCRATES amoris disciplinam condidisse jure optimo dici potest, et scripsit PHAVORINUS *περὶ Σωκράτους καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἐρωτικῆς τέχνης*, teste Suid. s. v.

Viae per Socratem stratae, institerunt vario eventu ejus discipuli, ut SIMMIAS Thebanus scripsit dialogum *περὶ ἔρωτος*, teste Diog. Laert. II, 16, 124.

SIMON, sutor, dialogum edidit *περὶ ἔρωτος*, teste eodem II, 14, 122.

EUCLIDES edidit dialogum, quem inscripsit *Ἐρωτικός*, teste eodem II, 10, 108. nisi forte ibi scribendum *Ἐριστικός*.

Inter ANTISTHENIS scripta recenset Diog Laert. VI, 15. etiam haec: *περὶ παιδοποιΐας ἢ περὶ γάμου. Ἐρωτικός*· sic enim distinguenda haec puto.

Atque ex his libris petita, ni fallor, sunt ea, quae habet Clemens Alexandr. Stromat. II. c. 20. p. 175. (486.) vide infra ad c. XII. p. 755 E.*)

DIOGENES dialogum scripsit Ἐρωτικός, teste Diog. Laert. VI, 12, 80. Quanquam Sosicrates et Satyrus quidquam scriptum reliquisse Diogenem negant, tamen Sotion inter ea scripta, quae jure tribuantur ipsi Diogeni, recenset etiam Eroticum, teste eodem Diog. Laert. l. c.

SPHODRIAS Cynicus scripsit τέχνην ἐρωτικήν, auctore Athenaeo IV. p. 162 B.

CRITIAS, discipulus Socratis, scripsit περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἐρώτων. Titulum et breve fragmentum ejus libri habet Galen. in Glossar. Hippocrat. v. Δυσανίης. In libris ibi est Κριτίας ἐν τῷ περὶ φύσεως ἔρωτος ἢ ἀρετῶν. Recte vero Bachius in dissert. de Crit. p. 103. hoc ἢ ἐρώτων corrigendum esse vidit.

De PLATONIS libris, quibus de amore egit, hic disserere et longum est et inutile. Nam ex illis tanquam uberrimis fontibus et limpidissimis cum omnes, qui posteriore tempore vixerunt Erotici, tum maxime Plutarchum in nostro libro hausisse, non est, quod multis doceam.

PHILIPPUS Opuntius, discipulus Platonis, scripsit περὶ ἔρωτος, testante Suid. s. v.

HERACLIDES Ponticus, Speusippi discipulus, secundum alios Aristotelis, scripsit, teste Diog Laert. V, 6, 87, Ἀκούσιος ἐρωτικὸς καὶ Κλεινίας, ά; et περὶ Ἐρωτικῶν, teste Athen. XIII. p. 602 B. ex quo, ut videtur, hauserunt Aelian. Var. Hist. II. 4. Plutarch. Erotic. c. XVI. p. 760 C. et Suid. s. Ἀντέρως in articulo posteriore. Vide Jacobs. Animadvers. in Anthol. Vol. III. P. II. p. 25.

ARISTOTELES scripsit, narrante Diog. Laert. V, 12, 24, Θέσεις ἐρωτικαί, τέσσαρες. Θέσεις φιλικαί, 'β. et eodem auctore V, 12, 22. Ἐρωτικός, ά. Secundum librum Aristotelis Ἐρωτικῶν laudat Athen. XV. p. 674 B. et proinde apud Diog. Laert. Js. Casaub. legi vult Ἐρωτικῶν ά, 'β. Quod vereor ut recte sit factum. Nam certe in vita Aristotelis ea, quam communicavit Menag. Comment. T. II. praeter Ἐρωτικός, ά. p. 201. memorantur p. 202. Ἐρωτικῶν, ϛ'. (ib. p. 201. laudantur etiam Θέσεις ἐρωτικαὶ ἐν βιβλίοις, δ'. Θέσεις φιλικαὶ ἐν βιβλίοις, β'.) Quo testimonio corruere videtur conjectura Casauboni. Jam ex his Aristotelis de amore libris e mea sententia non solum ea, quae apud Athen. XIII. p. 564 B. et 556 D. leguntur, sed etiam quae Plutarchus in Erotic. c. XVII. p. 761 A. et ib. p. 761 E. memoriae prodidit (coll. Plut. vit. Pelopid. c. 18.) et praeterea quae ibi disputantur c. XVI. p. 758 D. coll. Diog. Laert. V, 13, 31. petita sunt.

THEOPHRASTUS scripsit Προβλήματα πολιτικά, ἠθικά, φυσικά, ἐρωτικά, ά. v. Diog. Laert. V, 13, 47. et Ἐρωτικός, ά. ib. V, 13, 43. ubi additur Ἄλλο περὶ ἔρωτος, ά. Theophrasti Eroticum laudat Athen. XIII.

*) Consimilis argumenti fortasse erat liber ille, quem memorat Diog. Laert. VI, 18. Κύριος ἢ ἐρώμενος, modo scribas Κύρνος ἢ ἐρώμενος. Vide Photius p. 191, 22. Κύρνος: ἐρώμενος Θεόγνιδος· Μακεδόνες δὲ τοὺς σκοτίους κύρνους καλοῦσιν. cll. VI, 16 Περὶ Θεόγνιδος, τέταρτος, πέμπτος.

p. 567 B. 562 E. 606 C. et respiciunt Gellius VII, 8. Plin. H. N. IX, 8. Scholiast. Theocr. Idyll. IV. Hunc librum Plutarchum quoque diligenter versavisse, colligo ex Erotic. c. XX. p. 766 D. coll. Strab. lib. X. Cret. p. 478. Casaub. ubi est: ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἔρωτος λόγῳ, et ex Erotic. c. IV. p. 750 D. coll. Stob. 64, 27 T. II. p. 423. Gaisf.

DEMETRIUS Phalereus, discipulus Theophrasti, scripsit Ἐρωτικός, ά. testante Diog. Laert. V, 81.

HIERONYMUS Rhodius, Aristotelis discipulus utrum peculiarem de amore conscripserit librum, an in ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι, quae memorat Athen. XIII. p. 557 E. 604 D. res eroticas tractaverit, dubium est. Sed utcunque statuatur de hac re, Plutarchus ejus libris videtur usus esse, quod colligo ex Erotic. c. XVI. p. 760 C. coll. Athen. XIII. p. 602 A. add. 556 A.

ARISTO Ceus, Peripateticus, qui probe discernendus ab Aristone Chio, Stoicae disciplinae addicto, duo edidit libros Ἐρωτικῶν Ὁμοίων, vide Athen. XIII. p. 563 F. XV. 674 B. X. p. 419 C. II. p. 38 F. Ex his libris Aristonis, philosophi elegantioris, quam gravioris, cum aliis in scriptis flosculos decerpsit Plutarchus, ut praec. sanit. tuend. p 133 D. de rect. audiendi rat. p. 42 B. de disc. adul ab amic. p. 50 D. (coll. Stob. p. 146.) praec. reipublicae gerendae p. 804 E. aquae et ignis comparatio p. 958 C. tum veri simillimum est, ea, quae leguntur Erotic. c. XXI. p. 766 F., depromta esse. Ab his non videntur diversi esse libri Aristonis Ὁμοιωμάτων, quos saepissime citat Stobaeus, T. 119, 18. Vol. III. p. 400. T. 94, 15 ib. p. 212. T. 82, 7 ib. p. 130. T. 82, 16 ib. p. 131. T. 79, 44 ib. p. 99 et al. Porro, si recte conjecit Menag. ad Diog. Laert. p. 332. Vol. II. quas Ἐρωτικὰς Διατριβὰς tribuit Aristoni Chio Diog. Laert. VII, 163. Aristonis Peripatetici esse, ex his potius propter multas causas crediderim desumta esse, quae Plutarchus narrat vit. Aristid. c. 2. et Themistocl. c. 3. quam ex libris Ἐρωτικῶν Ὁμοίων. Vid. Menag. l. c. et Sintenis ad Plut. Themist. p. 21 sq.

Sed omnium, qui in illustrando hoc argumento operam suam posuerunt, nemo accuratius, doctius et uberius hunc locum persecutus videtur esse quam CLEARCHUS Solensis, duobus Ἐρωτικῶν libris, quibus universam amoris disciplinam est complexus Vide Athen. II. p. 57 E. F. VI. p. 255 B. XII. p. 553 E. F. XIII. p. 564 A. ib. p. 573 A. ib p. 589 D ib. p. 597 A. ib. p. 605 D. E. ib. p. 606 C. XV. p. 669 F. XIV. p. 619 E p. 639 A. Ex eodem libro fortasse sumta sunt, quae Athenaeus de Epaminonda e Clearcho narrat XIII. p. 590 C.

ZENO, ut refert Diog. Laert. VII, 29, 34. περί τε ἐρωτικῶν διήλεκται, κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπιγραφομένης Ἐρωτικῆς τέχνης Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς διατριβαῖς τὰ παραπλήσια γράφει.

CHRYSIPPUS librum composuit περὶ ἔρωτος, v. Diog. Laert VIII, 66, 130; cujus rationem habuisse suspicor Plutarchum in Erotic. c. XXI. p. 767 B.

CLEANTHES scripsit περὶ ἔρωτος et ἐρωτικὴ τέχνη, v. Diog. Laert. VII, 175

Schol. explicat ἔξω συνουσίας· χαρίζεσθαι γὰρ κυρίως τὸ συνουσιάζειν λέγουσι. Quam interpretationem rejiciunt Heynius, Gurlitt. Bœckh. Dissen. et Tafel., qui sententiam volunt hanc esse: *sine Gratiis, absentibus Gratiis peperit prolem* i. e. *monstrosum partum edidit*, probat vero Böttiger. *Vasengemälde* Vol. I. Fasc. 3. p. 118. Verum vidit Hermannus, explicans: *sine sensu Veneris*. Sed cum Pindarus loquatur de Ixione, cui pro Junone Jupiter nebulam substituerit, omni sensu amoris carentem Plutarchus videtur alium locum Pindari in mente habere, quo ille dixerit Vulcanum ex Junone ἄνευ χαρίτων natum esse (χωρὶς εὐνῆς ap. Apollodor. I, 3, 5. ibiq. Heyn.) De χάρις, χαρίζεσθαι vide Timae. p. 274. Χαρίζεσθαι· κοινῶς μὲν, ὡς οἱ πολλοί, ἰδίως δὲ ἐπὶ ἀφροδισίων, ubi vide Ruhnk. Hesych.: χαρίσασθαι, παρασχεῖν· λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ πρὸς συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδίδουσαι. Pollux V, 15, 93. περὶ μίξεως ζώων — τὸ διεπραξάμην καὶ διέπραξα καὶ ἔπραξα, ἀπὸ δὲ αὐτῆς τὸ χαρίσασθαι καὶ χάριν δοῦναι, ubi ex conjectura Jungerm. addidit χάριν, quod in MSS. desideratur, neque videtur eo esse opus, cum Graecis δοῦναι, ἐνδοῦναι, Latinis *dare*, *negare*, tritum sit in re venerea. v. Ruhnk. l. c. Antiquissimus graecitatis fons, Homerus Il. XI, 243.

κουριδίης, ἧς οὔτι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκε.

Plat. de legg. VIII. p. 840 D. ὅταν δ' εἰς τοῦτο ἡλικίας ἔλθωσιν, ξυνδυασθέντες ἄῤῥην θηλείᾳ κατὰ χάριν καὶ θήλεια ἄῤῥενι τὸν λοιπὸν χρόνον ὁσίως καὶ δικαίως ζῶσιν. Sympos. p. 182 A. ὥστε τινὰς τολμᾶν λέγειν, ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς. Plut. Lycurg. c. XV. διὰ χαρίτων τῇ ὥρᾳ (τῶν παίδων) χρῶνται.

de poet. aud. p. 20 A. B. praec. conjug. p. 142 B. Eurip. Iph. Aul. vs. 548. Servius ad Virg. Aen. X. p. 593. ed. Paris. Wernsdorf. ad Himer. p. 353. Jacobs. Animadv. ad Anthol. III. I. p. 318. Baehr. ad Plut. Alcib. p. 80.

p. 10, 11. *φαίνεαι κἄχαρις*] In contextu reliqui veterem scripturam, quamvis vitii suspectam. Schol. enim Pindari Pyth. II, 42. demonstrans *χαρίζεσθαι* esse *συνουσιάζεσθαι*, in partes vocat etiam Sapphus versum: *καὶ Σαπφώ· μικρὰ μοι πάϊς ἔμμεναι λιθόχαρις, ἡ μήπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι.* ubi cod. Gott. *φῆλϋιόχαρις*, littera *φ* in media inferiori linea verticali aliam habente horizontalem. Maxim Tyr. Diss. XXIV. *Σμικρὀ μοι παῖς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα*, ubi Davis. requirebat *κοὐ χαρίεσσα*. Reiskii ad nostrum locum conjecturam *ἔμμεν ἀλιτόχαρις*, ut sit *ἁμαρτάνουσα τῶν χαρίτων, ἐστερημένη τῶν χαρίτων* commemorasse sufficiet. Neue in Sapph. Fragm. p. 54. legendum conjecit

*Σμικρά μοι, παῖ, ἔτ᾽ ἔμμεναι*
*φαίνεαι κἄχαρις.*

Sed palmaria est emendatio, quam rogatus meus Th. Bergkius pro humanitate sua per literas mecum communicavit et nunc ipse publici juris fecit in Anacreontis Reliq. p. 37. et in Rhenano Mus. III. 2. p. 212 sq.

*Σμικρά μοι πάϊς ἔμμεναι,*
*Ἄτθι, φαίνεο κἄχαρις.*

Atthis enim, pulcra puella, amata fuit Sapphoni. Maxim Tyr. XXIV. Sapph. fragm. 14.

*ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πότα.*

Postea vero ea ad Andromedam se contulit, fr. 37.

*Ἄτθι, σοὶ δ᾽ ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο*
*φροντίσδην, ἐπὶ δ᾽ Ἀνδρομέδαν ποτῇ*

Terentianus Maurus c. IV. v. 2154.

*Cordi quando fuisse sibi canit Atthida*
*Parvam, florea virginitas sua cum foret.*

p. 10, 13. *βίᾳ δὲ πράξας*] Th. Bergk. conjecit *βίᾳ δ᾽ ἔπραξας χάριτας ἢ 'πεισας κόρην*, in quod jam Reisk. inciderat. Sed cum tragici poetae — versum enim Euripidis esse suspicor — verbi finiti loco participium ad alterius personae orationem antegressam accomodare soleant, v. Reisig. Comment. Crit. Soph. Oed. Col. p. 281. Matth. Gr. p. 1093., nihil novandum censeo. *Χάριτας πράττειν* vero est *vi extorquere*, *exigere gratificationes* de stupro vi illato. Plat. Phaedr. p. 234 A. *οὐδὲ οἱ διαπραξάμενοι πρὸς τοὺς ἄλλους φιλοτιμήσονται, ἀλλ᾽ οἵτινες αἰσχυνόμενοι πρὸς ἅπαντας σιωπήσονται*, ubi est *expleta ista cupiditate*, v. Ast. p. 280. T. X. Sympos. p. 181 B. *ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες.* Xenóph. Sympos. VIII, 19. *ἃ σπεύδει πράττειν παρὰ τῶν παιδικῶν.* ib. IV, 18. Pindar. Fragm. 133. p. 255. ed. Diss.

*Εἴη καὶ ἐρᾷν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν·*
*μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμέ,*
*πρᾶξιν.*

Hinc Ἀφροδίτη Πρᾶξις colebatur Megaris, v. Pausan. I, 43. Eurip. Helen. vs. 20.

> ὅς δόλιον εὐνὴν ἐξέπραξ' ὑπ' αἰετοῦ
> δίωγμα φεύγων, εἰ σαφὴς οὗτος λόγος.

Nihil mutandum est in Plut. praec. conjug. p. 142 B. φοβουμένη γελάσαι πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶξαί τι, ἵνα μὴ θρασεῖα φανῇ καὶ ἀκόλαστος, ubi Wyttenb. conjecit παῖξαί τι. Vide Welcker Theogn. p. 135. Intt. ad Theocrit. Idyll. II, 143. Dissimile esse videtur quod legitur in Eur. Jon vs. 894. 95.

> θεὸς ὁμευνέτας ἄγες ἀναιδείᾳ
> Κύπριδι χάριν πράσσων.

quod non recte Passov. s. v. χάρις explicat. Sensus enim est: *Veneri, cupiditati gratum faciens*, coll. ib. vs. 36. 37.

> Λοξίᾳ δ' ἐγὼ χάριν
> πράσσων ἀδελφῷ πλεκτὸν ἐξάρας κύτος
> ἤνεγκα.

p. 10, 14. γενομένη] Lenissima medela laboranti sententiae et structurae succurrere studui. Vulgo totus locus sic legebatur: ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων ἀκόντων, μετὰ βίας λεγομένη καὶ λεηλασίας· ἂν δὲ ἑκουσίως, σὺν μανίᾳ καὶ θηλύτητι βαίνεσθαι — παρὰ φύσιν ἐνδιδόντων, ἄχαρις παντάπασι καὶ ἀσχήμων καὶ ἀναφρόδιτος. Wyttenbachius conjecit ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων ἀκόντων μὲν καὶ μετὰ βίας λεγομένη λεηλασία· ἂν δὲ ἑκουσίων — ut sit: *masculorum autem concubitus, sive vi et cum invitis factus, ille qui dicitur praedonis raptus: sive cum volentibus.* — Quae conjectura nullo modo animum explere potest. Nam, ut taceam mutationis violentiam, primo dicendum erat λεγομένη ἐστὶ, tum desideratur verbum, unde pendeat ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων, denique, id quod potissimum est et gravissimum, patet, ἄχαρις ad utrumque orationis membrum pertinere et sententiam requiri hanc: *illa vero χάρις quae a maribus fit, sive vi extorta sive sponte a volentibus oblata, ἄχαρις est.* Quare pro λεγομένη scripsi γενομένη, in quod etiam Reiskium incidisse (conjecit enim ἀκόντων μὲν μετὰ βίας γενομένη), nunc demum cognovi. Quo recepto nulla est causa, cur ἑκουσίως damnemus, cum facile mente ex iis, quae praecedunt, addi possit γένηται ἀπὸ τῶν ἀῤῥένων. Tum quod χάρις ante ἄχαρις, meo Marte invitante ipsa emendationis facilitate inserui, etsi credo fore, qui calidius actum esse clamitent, tamen duxi necesse esse addi, ut orationis perspicuitati et elegantiae consulatur, cum remotius sit χάρις, quam ut interpositis ternis poetarum testimoniis facile legentis recurrat memoriae. Voluit vero et debuit Plutarchus dicere: *Quod mulier viro praestat obsequium, χάρις a veteribus vocatum est; quod vere mas mari praestat obsequium, ea est χάρις ἄχαρις.*

p. 10, 14. λεηλασίας] Plut. de tranquill. p. 475 D. καὶ τοίνυν τῆς τύχης πάντα τἄλλα λεηλατούσης καὶ περιαιρουμένης, praec. sanit. tuend. p. 133 A. οὐ προΐενται τῇ γαστρὶ λεηλατούμενον.

p. 10, 15. σὺν μαλακίᾳ καὶ θηλύτητι] μαλακίᾳ restitui e B. E. Xyland. vers. *conjunctus mollitiei et insaniae.* Vulgo μανίᾳ. Poll. VI, 126. de cinaedis, ἀκόλαστος, μαλακός, ἑταιρηκώς, et post ἐκτεθηλυσμένος ἢ μεμαλαγμένος. Plut. Apophthegm. p. 204 F. Ουέῤῥου δὲ υἱὸν ἔχοντος οὐκ εὖ κεχρημένον ἐφ' ὥρᾳ τῷ σώματι, τὸν δὲ Κικέρωνα λοιδοροῦντος εἰς μαλακίαν καὶ κίναιδον ἀποκαλοῦντος. Diog. Laert. VII, 173. Plut. de fort. Alexandr. p. 331 D. ἡ δὲ Πάριδος πάντως μαλακήν τινα καὶ θήλειαν ἁρμονίαν ἐρωτικοῖς ἔψαλλε μέλεσι. Vide in primis Lobeck. Aglaopham. II. p. 1008.

p. 10, 15. κατὰ Πλάτωνα] Phaedr. p. 250 E. ὥστε οὐ σέβεται προσορῶν, ἀλλ' ἡδονῇ παραδοὺς τετράποδος νόμον [e libris optimis. Vulgo νόμῳ] βαίνειν ἐπιχειρεῖ καὶ παιδοσπορεῖν, καὶ ὕβρει προσομιλῶν οὐ δέδοικεν οὐδ' αἰσχύνεται παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκων. De βαίνειν *inscendere s. inire* de quadrupedum coitu, vide quos laudat Ast., Gataker. Opp. crit. p. 78. et Hemsterhus. ad Lucian. T. II p 322. Bip., Frommel. de Theopompi Fragm in Creuzeri Melett. III. p 157.

p. 10, 16. παιδοσπορεῖσθαι] παιδὸς πορεῖσθαι Ald. Bas. παιδοποιεῖσθαι Turn. Vulc. et Bong. Vide Eurip. Androm. vs. 4. Lobeck. ad Phryn. p. 200.

p. 10, 17. χάρις ἄχαρις] χάρις e conjectura mea addidi. Plut. de diff. adul. ab amico p. 64 A. πᾶσα μὲν γὰρ ὀνειδιζομένη χάρις ἐπαχθὴς καὶ ἄχαρις καὶ οὐκ ἀνεκτή. De Socratis genio p. 533 F. ἄχαρις γὰρ ἂν οὕτως ἡ χάρις καὶ ἄτιμος ἡ κτῆσις. Comp. Alcib. cum Coriol. c. IV. ἐπίφθονος γὰρ ἡ χάρις καὶ ὠμὴ καὶ ἀχάριστος ἀληθῶς. Isocr. ad Demonic. § 31. μηδὲ τὰς χάριτας ἀχαρίστως χαριζόμενος. coll. Plat. de legg. XI. p. 935 A. Eurip. Phoen. vs. 1745.

Χάριν ἀχάριστον εἰς θεοὺς διδοῦσα,

ubi Valcken.: χάριν ἀχάριστον *nescio quis alius dixerit.* Dictio χάρις ἄχαρις dici vix potest, quantopere Graecis placuerit, v. Aeschyl. Choeph. vs. 42. Prom. Vinct. vs. 547. Agam. vs. 1525. Eurip. Iph. T. vs. 551. Arrian. Exped. Alex. VI, 8. Reisig. Enarr. Soph. Oed. Col. p. CLXXX.

p. 10, 19. ὡς ὁ Πλάτων φησί] De legg. VIII. p. 839 B. τάχα δ' ἂν ἡμῖν τις παραστὰς ἀνὴρ σφοδρὸς καὶ νέος, πολλοῦ σπέρματος μεστός, ἀκούων τιθεμένου τοῦ νόμου.

p. 10, 20. ἔργα δὲ Κυπρογενοῦς] Hi Solonis versus citantur a Plutarcho etiam in Vit. Solon. c. XXXI. Sept. Sap. Conviv. p. 155 F. et Schol. Hermiae ad Plat. Phaedr. p. 78. ed. Ast. v. Bach. de Solon. p. 22 et 36.

p. 10, 20. μοι νῦν] Scribendum ex E. νῦν μοι. Casu factum est, ut id neglexerim corrigere. Idem enim verborum ordo est in ll. cc. omnibus.

p. 10, 21. ἃ τίθησ'] ἃ τίθησιν B. E. Ald. Bas. et tum Ald. Bas. ἀνδράσι pro ἀνδράσιν.

p. 10, 22. ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος] Profecit Plutarchus e loco celeberrimo Platonis de rep. VI. p. 496 D. ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὼν ἡσυχίαν ἔχων καὶ τὰ αὑτοῦ πράττων, οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου

ὑπὸ τειχίον ἀποστάς, quem locum certatim seriores scriptores imitatione exprimere conati sunt, v. c. Basilius Epist. CLLIII. p. 196 C. ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ πραγμάτων οἷον ὑπὸ τείχει τινὶ καρτερῷ ἀποστάς. Plut. praec. sanit. tuend. p. 126 C. ἡδοναὶ δὲ σωματικαὶ καὶ ἀπολαύσεις ἔνιαι μὲν οὐδ᾽ ὅλως γένεσιν ἐν νόσῳ λαμβάνουσιν, αἱ δὲ λαμβάνουσαι βραχὺ τὸ οἰκεῖον καὶ οὐ καθαρὸν, ἀλλὰ συμπεφυρμένον πολλῷ τῷ ἀλλοτρίῳ καὶ μεμωλωπισμένον, ὥσπερ ἐκ ζάλης καὶ χειμῶνος ἀναφέρουσιν, οὐ γὰρ ἐν πλησμοναῖς Κύπρις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν εὐδίᾳ σαρκὸς καὶ γαλήνῃ. Vide quae collegit Wyttenb. ad Plut. de fortuna p. 97 F.

p. 10, 22. καὶ τῶν παιδικῶν ἐρώτων] καὶ delevit Wyttenb. cum Mez. et abest a Bas. Secutus eum est Hutten. Sed καὶ hic epexegeticum usum habere videtur, de quo vide quae vir praestantissimus, C. Fr. Hermann. attulit in Specim. Comment. Crit. ad Plut. de Superst. libellum p. 22.

p. 10, 22. ἔν τινι γαλήνῃ — θέμενος] Pindar. Fragm. 125. Diss.

τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθείς.

De γαλήνη, quod Plutarchus jungere solet cum εὐδία, vide quae habet Wyttenb. ad Plut. de diff. adul. ab amico p. 68 C. et praec. sanit tuend. p. 126 C.

p. 10, 27. νόθος καὶ σκότιος] Hom. Il. VI, 24.

σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ.

Plat. de rep. V. p. 461 A. B. Vide K. Lehrs. de Aristarchi Studiis Homericis p. 136 sq.

p. 10, 27. ἐξελαύνει] Aut pro ἀλλ᾽ leg. est ἄν, et ἐξελαύνῃ deinceps, aut, servato ἀλλ᾽, leg. est ἐξελαύνειν. REISKIUS. ἐξελαύνειν Wyttenb. edidit e Mez. Sed nullam video causam, cur recedatur a lectione, quae in libris et scriptis et editis exstat.

p. 10, 28. καὶ πρεσβύτερον] καὶ addidi cum Wyttenb. e B. E. Reiskius conjecerat Ἔρωτα, ὄντα πρεσβύτερον.

p. 10, 28. ἐχθὲς γὰρ — καὶ πρώην] ἐχθὲς edidi e B. E. Vulgo χθές. Forma enim ἐχθὲς ubique Plutarcho videtur restituenda, ut infra Amat. Narrat. p. 773 E. et de tranq. p. 473 E. καὶ τῆς αὔριον ἐκκεκραμένους, ὡς τῶν πέρυσι, καὶ πρώην καὶ ἐχθές, ubi vulgo erat χθές. Plut. Quaest. Symp. V, 3, 2. ὦ πρὸς θεῶν, εἶπεν, οὐ γὰρ ἐχθὲς ἡ πίτυς ἐνταῦθα καὶ πρώην στέμμα γέγονε τῶν Ἰσθμίων, πρότερον δὲ τοῖς σελίνοις ἐστέφοντο. aquae et ignis compar. p. 956 B. vit. Brut. c LII. ἐχθὲς est in de vitand. aere alieno p. 826 A. Sept. Sap. Conv. p. 148 A. apophthegm. p. 181 E. p. 189 C. p. 193 A. p. 195 A. Lacon. instit. p. 236 B. Conf. Lobeck. ad Phryn. p. 323. ἐχθὲς καὶ πρώην proprie *heri et nudius tertius* (v. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 461 sq.) dicitur de rebus, *quarum recens est memoria*. Vide Hom. Il. II, 303. Plat. Gorg. p. 470 D. Alcib. II. p. 141 D. de legg. III. p. 677 D. ibiq. Ast. Aristoph. Ran. vs. 738. Gataker. ad Marc. Antonin. X, 7. Casaub. ad Strab. I. p. 3. Doering. ad Catull. LXI. 37. Infra c. XXV. p. 771 C. ἄρτι καὶ πρώην, de quo v. Lobeck. ad Phryn. p. 20. ὀψὲ καὶ πρώην de EI Delph. p. 394 B.

p. 10, 29. παραδὺς] παραδοὺς B. E. Ald.

p. 10, 29. εἰς τὰ γυμνάσια] Ipsi veteres diligenter in originem masculi amoris inquisiverunt, quorum alii a Persis eum invectum in Graeciam perhibebant (v. Herodot. I, 135. coll. Sext. Empiric. Hypotyp. I, 14. p. 38.), alii vero rectius statuebant in gymnasiis et philosophorum scholis originem et incrementa cepisse; nudatis enim corporibus cupiditatem incensam et inflammatam esse. Quare apud Lacedaemonios et Cretenses maxime, qui gymnasticae artis erant studiosissimi, ille puerilis amor florebat. Cic. Tusc. Quaest. IV, 33. *Mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi sunt amores.* Plat. de legg. I. p. 636 B. Sympos. p. 182 C. coll. de rep. V. p. 452 C. Theaet. p. 162 B. Thucyd. I, 6. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 38. Athen. XIII. p. 602 D. In gymnasiis Amoris altaria una cum Hercule et Mercurio erant posita, v. Athen. l. c. p. 561 D. Pausan. VI, 23, 6.

p. 10, 30. προσανατριβόμενος] Plat. Theaet. p. 169 C. μὴ οὖν μηδὲ σὺ φθονήσῃς προσανατριψάμενος σαυτόν τε ἅμα καὶ ἐμὲ ὀνῆσαι. Theophr. Charact. c. XXVII. cod. Palat. καὶ προσανατρίβεσθαι εἰπὼν (Ast. ἐπιὼν) εἰς τὰς παλαίστρας. Activum legi in Aelian. H. A. VI, 1. observavit Schneiderus s. v.

p. 10, 30. προσεμβαλὼν] προσεγκαλῶν B. E. Ald. Bas.

p. 10, 31. πτεροφυήσας] Etiam in hoc loco facile Platonicae orationis et doctrinae vestigia luculenta deprehendas. Vide Ast. ad Plat. Phaedr. p. 390 sq. et 393. De Amoris alis adeas Athen. XIII. p. 562 E. Voss. *mytholog. Briefe* Vol. II. p. 34 sq.

p. 10, 31. οὐκέτι καθεκτός ἐστιν] οὐκέτι edidi e B. E. Vulgo οὐκ ἔτι. In ed. Wyttenb. male expressum est κάθεκτός ἐστιν.

p. 10, 32. γαμήλιον ἐκεῖνον καὶ συνεργὸν ἀθανασίας] Senec. Hippol. vs. 467 sq.

*Pervidit ille maximus mundi parens*
*Cum tam rapaces cerneret Fati manus*
*Ut damna semper sobole repararet nova.*
*Excedat, agedum, rebus humanis Venus,*
*Quae supplet ac restituit exhaustum genus,*
*Orbis jacebit squalido turpis situ.*

Plat. Symp. p. 207 D. ἐνταῦθα γὰρ — ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος, δύναται δὲ ταύτῃ μόνον τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ. ib. p. 208 B. ταύτῃ τῇ μηχανῇ — θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα. De legg. IV. p. 721 B. C. VI. p. 773 E. v. Rudolphi ad Ocell. Lucan. p. 293 sq.

p. 10, 33. εὐθὺς] Reisk. mavult αὖθις.

p. 10, 36. *καλῶν καὶ ὡραίων*] Errat Schaefer. ad Dionys. Halic. de V. C. p. 204. *ὅταν μὲν ὥραν ὄψεως εὐμόρφου καὶ κάλλος ἡδονῆς ἐπαγωγόν*, ubi dicit: *passim haec junguntur ex abundantia: nam significatione vix ac ne vix quidem differunt* (coll. eodem ad Plut. vit. T. IV. p. 369. et T. V. p. 425). *ὥρα* enim est *formositas*, quae juventutis est propria, *κάλλος* autem *pulcritudo et venustas*, quae singularum corporis partium descriptione et compositione apta nititur. Aristot. Rhetor. III, 4. *ἄνευ κάλλους ὡραῖος*. Vide Creuzer ad Plotin. p. 232. Infra c. XIV. p. 757 E. *ὁρμὴν ἔχοντα διαφαίνουσαν ὥραν καὶ κάλλος ἅμα σώματος καὶ ψυχῆς*. c. XV. p. 758 B. *τὴν περὶ τοὺς καλοὺς καὶ ὡραίους ἐπιμέλειαν τῶν ἐρώντων καὶ δίωξιν*. Cum princip. esse philos. p. 778 A. *οὐδὲ γὰρ τοὺς καλοὺς τῶν νέων διώκει καὶ ὡραίους*.

p. 12, 1. *ψυχρολουτεῖ*] *ψυχρολουτεῖν* forma magis Attica est, quam *ψυχρολουτρεῖν*. Vide Wyttenb. ad Plut. de diff. adul. ab amico p. 52 E. Lobeck. ad Phryn. p. 594. et Fritzsch. de Aristoph. Daetalensibus p. 93.

p. 12, 2. *σωφρονεῖ ἔξω διὰ τὸν νόμον*] *σωφρονεῖ* e conjectura mea reposui. Vulgo *σωφρονεῖν*, quod teneri non potest, nisi incidas *σωφρονεῖν, ἔξω διὰ τὸν νόμον*. Vide infra c. XXI. p. 767 E. *σωφροσύνη — ἡ μὲν ἔξωθεν καὶ νόμῳ πλέον ἔχουσα τοῦ ἑκουσίου τὸ βεβιασμένον, ὑπ' αἰσχύνης καὶ φόβων*. coll. Eur. Androm. vs. 330.

12, 3. *γλυκεῖ' ὀπώρα*] *γλυκεῖα ὀπώρα* B. E. Ald. Bas. Pindar. Fragm. nr. 237. p. 673. Bœckh.

*γλυκύ τι κλεπτόμενον μέλημα Κύπριδος.*

Vide Jacobs. Animadv. ad Anthol. II. III. p. 92. Valcken. Diatrib. p. 251.

p. 12, 4. *ὥς φησι*] *ὥς φησὶ* B. E. et tum E. *οὐκέστιν*.

p. 12, 4. *παιδικῶν κοινωνία*] *παιδικῶν ἀκοινωνία* B. E. Ald. Reiskius mavult aut *καὶ παιδικῶν* aut *τοῖς παιδικοῖς*. Wyttenbachius legendum censet *παιδικῷ*.

p. 12, 6. *θεραπεύειν — καὶ περιέπειν*] Plut. Pyrrh. c. XIX. *τρέμοντες Πύῤῥον, ὃς τῶν Ἀλεξάνδρου δορυφόρων ἕνα γοῦν ἀεὶ περιέπων καὶ θεραπεύων διατετέλεκε*. Vide Jacobs. ad Achill. Tat. p. 994. Valcken. ad Eur. Phoeniss. p. 651.

p. 12, 7. *εἰ δ' ἔστι τις Ἔρως*] In Wyttenb. edit. mendose expressum *εἰδ' ἔστι τ. Ἔ.* Tum. B. E. *τίς ἔρως*.

p. 12, 8. *πρὸς σύκινον πόμα*] *προσίκυνον πόμα* B. E. Ald.

p. 12, 8. *κρίθινον*] Vini hordeacei, quod alii vocarunt *ζῦθον*, alii *πῖνον*, crebro Graeci scriptores mentionem faciunt. Vide Photius 55, 9. Athen. I. p. 16 C. p. 34 B. X. p. 447 B. C. D. Wesseling. ad Herodot. II, 77. ad Diod. Sicul. II. p. 24 A. Jacobs. Animadv. ad Anthol. II. 3. p. 188. Citra controversiam corrigend. Plut. Quaest. Symp. IV, 1, 3. p. 663 D. *τὸν δ' ἀνθοσμίαν ἀπωσάμενοι τουτονὶ καὶ ἡμερίδην, ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου, κισσίνων χορῷ περιᾳδόμενον*. Scribe e Turn. Vulc. *ἐκ κριθῆς*. Ad quem locum illustrandum faciunt ea, quae leguntur ibid. III, 2, 1. *ἀλλά μοι δοκεῖ, καθάπερ οἱ φίλοινοι, μὴ παρόντος ἀμπελίνου, κριθίνῳ χρῶνται πόματι, καὶ μηλίτας τινὰς, οἱ*

δὲ φοινικίνους οἴνους ποιοῦσι. Adversus Stoicos p. 1073 A. οὓς μηδὲν οἴομαι τῶν κωνώπων διαφέρειν· χαίρουσιν γὰρ λάμπῃ καὶ ὄξει, τὸν δὲ πότιμον καὶ χρηστὸν οἶνον ἀποπετόμενοι φεύγουσιν. v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 557.

p. 12, 9. ἁψίκορον] ἀψίκορον Ald. Bas.

## Caput VI.

p. 12, 10. δῆλος] δῆλον Ald.

p. 12, 11. μικρὸν δὲ αὐτοῦ καταλιπόντος] καταλείποντος B. Ald. Bas. Reisk. conjecit: μικρὸν δ' ἐπισχὼν αὐτοῦ καταλήγοντος, aut αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος. Vulgatae sententia haec esse videtur: *cum ille brevem dicendi pausam fecisset, exclamavit*, quamvis exspectasses haec de more Plutarcheo sic dici μικρὸν διαλιπόντος, v. c. Quaest. Symp. VII, 8, 4. p. 712 D. VI, 6, 1. p. 691 C. de def. orac. p. 426 E. coll. Xen. Sympos. VI, 2. Quare nunc probo Xylandrum vertentem: *cumque is paululum conticuisset.*

p. 12, 11. ὦ Ἡράκλεις] ὦ Ἡράκλεις E.

p. 12, 13. ὥσπερ οἱ κύνες] Ne quis emendandi periculum hic faciat, tenendum est, Graecos in hujusmodi comparationibus modo casum praecedenti nomini accomodare, modo nominativum ponere, intellecto verbo superiore; v. Stallbaum. ad Plat. Gorg. p. 458 A. qui citat Dorvill. Charit. p. 538. ed. Lips. Schaefer. Melett. Crit. p. 126. Lapsus olim erat Heindorf. ad Plat. Gorg. l. c. sed ipse errorem correxit ad Phaed. p. 235. Consulendi inprimis Held. ad Plut. vit Timoleontis p. 400 sq. et Matth. Gr. p. 841.

p. 12, 13. συνηρτῆσθαι] συνειῆσθαι Ald. συνδῆσθαι Bas. συνητιτῆσθαι Turn. Vulc. et Bong.

p. 12, 14. περιπάτων] περιπάντων Ald.

p. 12, 14. καὶ τῆς ἐν ἡλίῳ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης διατριβῆς] Obversatus est Plutarcho Platonis locus Phaedr. p. 239 C ὀφθήσεται δὲ μαλθακόν τινα καὶ οὐ στερεὸν διώκων, οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τεθραμμένον, ἀλλ' ὑπὸ συμμιγεῖ σκιᾷ. ἐν καθαρῷ *sub divo, in aperto* de rep. VII. p. 520 D. τὸν δὲ πολὺν χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ, ubi vide Ast. Soph. Oed. Col. vs. 1566 sq.

> ὅν ὦ Γᾶς παῖ καὶ Ταρτάρου κατεύχομαι
> ἐν καθαρῷ βῆναι
> ὁρμωμένῳ νερτέρας
> τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας.

Pindar. Olymp VI, 33. (39.) Plut. Aemil. Paul. c. XXXII. ὑπηρέται τε πολλοὶ καὶ ῥαβδονόμοι τοὺς ἀτάκτως συῤῥέοντας εἰς τὸ μέσον καὶ διαθέοντας ἐξείργοντες ἀναπεπταμένας τὰς ὁδοὺς καὶ καθαρὰς παρεῖχον. Lucull. c XXXIX. ἦσαν δ' αὐτῷ περὶ Τοῦσκλον ἐγχώριοι δίαιται, καὶ κατασκοπαὶ περιόπτων καὶ κατασκευαὶ ἀναπεπταμένων ἀνδρώνων καὶ περιπάτων. Liv. XXIV, 14. *campus purus ac pat-ns.* De ἀναπεπταμένος vide Wyttenb. ad Plut. praec. conjug. p. 139 E. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 161.

p. 12, 15. εἰς ματρυλεῖα] ματρυλεῖα edidi ex E. In B. est μακελεῖα, sed in margine: πυ, quod nihil aliud quam τρυ. Vulgo legebatur μακελεῖα. Suid s. v. ματρυλεῖον τόπον τινά φασιν εἶναι, ἐν ᾧ γρᾶες διατρίβουσαι ἐδέχοντο τοὺς βουλομένους καταμεθυσθῆναι. Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν·

οὐκ οἰμώξεται
καταφθαρεὶς ἐν ματρυλείῳ τὸν βίον.

Pollux VI, 42, 188. καὶ ταῦτα δὲ, εἰ καὶ αἰσχίω μέρη πόλεως, ἀσωτεῖα, πεττεῖα, κυβεῖα, κυβευτήρια, σκιραφεῖα, ματρυλεῖα, ἀγωγεῖα. Harpocrat. p. 124, 17. s. ματρυλεῖον. Non minus proba est forma μαστρύλλιον, quod est a μάστρυς, *libidinis ministra*, *lena*, unde formatum etiam μαστροπός, restituendaque Polluci VI, 42, 188. μάχλος, ὀργῶν, ἐν οἰκήματι ζῶν, ἐν ματρυλίοις, ἐν ἀσωτίοις, ἐν κασσαυρίοις. Nam et MSS. lectio μαστρυλίοις ad μαστρυλλίοις ducit, quod etiam Suidae et Hesychii auctoritate videtur confirmari posse, et habet Plutarchus in libro non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1093 F. οὐκ ἄξιον οὐδαμῇ τὰς ἐκ τῶν ὀπτανείων καὶ μαστρυλλίων ἐκείνας ἡδονὰς παραβάλλοντα ταύταις καταισχύνειν τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὰς Μούσας, ubi male Wyttenb. in Ind. T. II. p. 1001. conjecit μακελείων. Vid. Photius p. 249, 13. ματρυλεῖον: τόπος, ἐν ᾧ γρᾶες μαστροποὶ διατρίβουσιν ἑταίρας ἔχουσαι καὶ δέχονται τοὺς βουλομένους· ἐκάλουν δὲ αὐτὰς καὶ μάστρυας εὐφήμως. ibid. p. 249, 2. μαστρυλεῖον: τόπος, ἔνθα οἱ μαστροποὶ διέτριβον. In utroque loco Codex λ bis habet.

p. 12, 16. μαγεύματα] Vide Jacobs. ad Achill. Tat. p. 610.

p. 12, 16. ἐπεὶ] ἐπὶ Ald. Bas.

p. 12, 17. δή που] δήπου B.

p. 12, 19. ἐξοπλίζει] Ita edidi e B. E. uti jam Xyl. et Reisk. voluerant. Vulgo ἐξοπλίζειν.

p. 12, 19. Ἀργεῖον λεών] Inepte haec verba explicat Arnoldus Ferronus in vers. p. 100. qui haec dicit: „*arbitror esse dictum senarium in sycophantas. Apollonius in proverb.* ἀργεῖα φορὰ λέγεται ἐπὶ τῶν συκοφαντούντων. *Sensus est: Detrahere, ut arma, dicta an Argivis decet? Cur Pisias eripit locum dicendi tibi Protogenes, qui satis acer tua sponte sis?*“

p. 12, 22. τῆς ἐρωτικῆς πειθοῦς καὶ χάριτος] Infra c. XXIII. p. 769 C. καὶ τὸ στερκτικὸν ὅλως ἐν αὐταῖς ὥσπερ εὐφυὴς χώρα καὶ δεκτικὴ φιλίας, οὔτε πειθοῦς οὔτε χαρίτων ἄμοιρον ὑπόκειται. c. XV. p. 758 C. ἀλλὰ πειθὼ καὶ χάρις ἐνδιδοῦσα πόνον ἡδύν. De garrulit. p. 504 C. καὶ σκόπει τὴν Λυσίου πειθὰ καὶ χάριν. I. p. 288 A. Pindar. Fragm. 88. p. 611.

ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τε ναίει
καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.

Synesius de provid. p. 102. Causam hujus conjunctionis aperit Plut. conjug. praec. p. 131 C. καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ Ἀφροδίτῃ τὸν Ἑρμῆν συγκαθίδρυσαν, ὡς τῆς περὶ τὸν γάμον ἡδονῆς μάλιστα λόγου δεομένης, τήν τε Πειθὼ καὶ τὰς Χάριτας ἵνα πείθοντες διαπράττωνται παρ' ἀλλήλων, ἃ βούλονται, μὴ μαχόμενοι μηδὲ φιλονεικοῦντες. Hesiod. Oper. et Dies. vs. 72.

ἀμφὶ δέ οἱ Χάριτές τε θεαὶ καὶ πότνια Πειθὼ
ὅρμους χρυσείους ἔθεσαν χροΐ.

Peitho enim Veneris filia comesque perpetua Graecis ingenioso figmento dicebatur, v. Aeschyl. Suppl. vs. 1040. Pindar. Pyth. IX, 40. IV, 219. Horat. Epist. I, 6, 38. Bœckh. Explic. Pindar. p. 322. Schneidewin. ad Ibyc. p. 111. Alii poetae filiam Amoris et Peithus faciebant Hygeam, v. Lobeck Aglaoph. p. 593; alii Jynga filiam. Panis et Peithus, v. Phot p. 271, 1. Hemsterhus. ad Lucian. T. II. p. 322. Bip. Alcman Προμηθείας filiam et sororem Εὐνομίας et Τύχης eam fecerat, v. Plut. de fort. Roman. p. 318 A. Quae omnia quo sensu Graeci finxerint, non est difficile dispicere. Praeterea de hac dea vide Isocrat. περὶ ἀντιδόσεως §. 249. Aesch. adv. Ctesiph. §. 256. Aeschyl. Fr. Niob. 147. Eumenid. vs. 970. Soph. Fragm. ap. Plut. Moral. p. 854 F. Aristoph. Lysistr. vs. 202. Plut. Sympos. Quaest. IX, 14, 6. Manso *mythologische Versuche* p. 426—462.

p. 12, 23. χαλινοῖς ὑπ' αἰσχύνης καὶ φόβου] Similiter infra p. 767 E. ἔπειτα σωφροσύνη — ἡ μὲν ἔξωθεν καὶ νόμῳ πλέον ἔχουσα τοῦ ἑκουσίου τὸ βεβιασμένον, ὑπ' αἰσχύνης καὶ φόβων

Πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα

διὰ χειρός ἐστιν ἀεὶ τοῖς συνοῦσιν.

p. 12, 25. Δαφναῖον δὴ] δὴ edidi e B. E. Vulgo Δαφναῖον δέ. Paulo post Ald. καὶ γὰρ ἐκεῖνος.

p. 12, 26. ὡς ὑπὸ τοῦ πεπυρωμένου χαλκοῦ καὶ ῥέοντος] Plut. vit. Pompej. c. VIII. καὶ τοῦ Μετέλλου τὸ μάχιμον καὶ θαρσαλέον ἤδη σβεννύμενον ὑπὸ γήρως αὖθις ἐξεῤῥίπισε καὶ συνεξεθέρμαινεν, ὥσπερ ὁ ῥέων καὶ πεπυρωμένος χαλκὸς τῷ πεπηγότι καὶ ψυχρῷ περιχυθεὶς λέγεται τοῦ πυρὸς μᾶλλον ἀνυγραίνειν καὶ συνανατήκειν. — Tum Ald. συνεξηγραινόμενος.

p. 12, 28. συνδιακεκαυμένῳ] συνδιακεκαλυμμένω B. E. Ald. Bas. Reisk. conjecit διακεκαυμένῳ absque σύν.

p. 12, 28. πυρὸς ἤδη πολὺν χρόνον] ἤδη scripsi secundum Mez. Vulgo πυρὸς δ πολὺν χρόνον. Xylander ex δ fecit διὰ cum Leonic. et Schott. Reiskius conjecit πολὺν ἤδη χρόνον. Wyttenb. τῷδε corrigere voluit, ut sententia haec prodeat: *sed cum hocce (Plutarcho) jam perusto et ignis pleno dudum degens, ejus contagio afficitur.*

p. 12, 29. πλησιάζων] Omisi articulum ὁ ante πλησιάζων auctoribus Xyl. et Wyttenb.

p. 12, 30. φύγοι] φύγη E. Paulo ante B. E. δῆλος ἐστίν.

p. 12, 31. ὅπερ ἂν μάλιστα σπουδάσειεν] Reisk. ante μάλιστα inserere vult ὁρᾷν.

p. 12, 32. καὶ ἐμαυτὸν] ἐμαυτὸν dedi cum Wyttenb. ex E. et Mez. B. habet καὶ ἐμαυτῶν. καὶ vero quod cum Mez. delendum censuit Wyttenb. et delevit Hutten, non est sollicitandum.

p. 12, 32. ὤνησας] Plut. Sympos. Quaest. VIII, 2, 2. p. 719 A. ὤνησας, ἔφη, τὸν λόγον οὐ σεαυτοῦ ποιησάμενος ἀλλὰ κοινόν. Plat. Apolog. Socr. p. 27 C. ὡς ὤνησας, ὅτι μόγις ἀπεκρίνω ὑπὸ τουτωνὶ ἀναγκαζόμενος, uti recte restitutum est ex optimis libris pro vulgata ὡς ὀκνήσας, perperam vero Stallbaum. ὥς μ' ὤνησας scriptum requisivit. Lucian. Hermotim. c. 59. ὡς ὀλισθηρὸς εἶ, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ διαδιδράσκεις ἐκ τῶν χειρῶν, πλὴν ἀλλ' ὤνησάς γε· οἰόμενος γὰρ ἐκπεφευγέναι, ἐς τὸν αὐτὸν κύρτον ἐμπέπτωκας. Vide Casaub. ad Pers. Satir. I vs. 112. Ceterum Wyttenbachius, qui conjecit ὤνησας — ὅμως ἔδει σε ἀπ' ἀρχῆς etc., plane a loci sententia aberasse videtur, quae haec est: *me juvisti s. bene fecisti, quod desistis a conviciando; nam statim ab initio dicenda erant, quae ad argumentum ipsum, de quo agitur, pertinerent.*

p. 12, 33. ἀπ' ἀρχῆς] ἀπαρχῆς B. Ald. Bas. Sententia similis ap. Plat. de rect. aud. rat. p. 40 E. λαβόντες τι τῶν μὴ καλῶν ἢ μὴ ἱκανῶς εἰρῆσθαι δοκούντων ἐπιχειρῶμεν εἰς ταὐτὸ καὶ προάγωμεν αὐτούς, τὰ μὲν ὥσπερ ἀναπληροῦν, τὰ δὲ ἐπανορθοῦσθαι, τὰ δὲ ἑτέρως φράζειν, τὰ δ' ὅλως εἰσφέρειν ἐξ ὑπαρχῆς πειρώμενοι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, de cujus loci integritate immerito Wyttenb. dubitationes movit.

## Caput VII.

p. 12, 34. ἐμοῦ γε ἕνεκα] i. e. *per me, me non impediente.* Vide Wyttenb. ad Plut. de fortuna p. 98 C. Valcken. ad Herodot. VI, 63. Heindorf. Plat. Charm. p. 78. Pflugk. ad Eur. Helen. vs. 1182. Sed turbatum aliquid videtur esse in h. l. Xyland. interpretatus est: *Hoc — protestatus, omnibus mulieribus, quod ad me attinet, suos permitti* (sic enim lego pro vulg. *permittit*) *amatores.* Rectius Wyttenbachius: *dico igitur, proclamans, Bacchoni per me quidem licere omnes amare mulieres.* Libri scripti nullam praebent hic utilitatem, nisi quod B. E. habent γυναιξὶν, ἂν ἐραστὴν (in E. deest comma). Quare fortasse emendandum est: προκηρύξας, ἐμοῦ γε ἕνεκα πάσαις γυναιξὶν εἶναι ἐραστὴν (sc. αὐτὸν s. τὸν νεανίσκον).

p. 12, 35. πλοῦτός ἐστι] πλοῦτος ἐστὶ B. E.

p. 14, 1. ὥσπερ ἐν χαλκῷ κασσίτερον ἀφανίσαντες] Plumbum liquefactum aeri infunditur, ut aes multis hians meatibus stipetur condenseturque, et simul ut splendidius et purius reddatur. Vide Homer. Il. XXIII. vs. 560 sq.

δώσω οἱ θώρηκα, τὸν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων,
χάλκεον, ᾧ πέρι χεῦμα φαεινοῦ κασσιτέροιο
ἀμφιδεδίνηται· πολέος δέ οἱ ἄξιος ἔσται.

Hesiod. Theogon. vs. 862. Plut. de fraterno amore p. 419 A. ὡς γὰρ ὁ κασσίτερος ῥαγέντα τὸν χαλκὸν συναρμόττει καὶ συγκεράννυσι τῷ ψαύειν ἑκατέρου πέρατος οἰκείως ὁμοπαθὴς γενόμενος, οὕτως δεῖ τὸν φίλον εὐάρμοστον ὄντα καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις τοῖς ἀδελφοῖς προσκαταπυκνοῦν τὴν εὔνοιαν. De Pythiae oraculis p. 433 A. καὶ μὴν ὡς κασσίτερος μανὸν ὄντα καὶ πολύπορον τὸν χαλκὸν ἐντακεὶς ἅμα μὲν ἔσφιγξε καὶ κατεπύκνωσεν, ἅμα δὲ λαμπρότερον ἀπέδειξε καὶ καθαρώτερον, οὕτως οὐδὲν ἀπέχει τὴν μαντικὴν — ἀναπληροῦν τὰ μανὰ καὶ συνέχειν.

p. 14, 1. *ἐλαφρᾷ καὶ λιτῇ γυναικὶ*] Ita verba collocavi secundum E. Vulgo *ἐλαφρᾷ γυναικὶ καὶ λιτῇ.* Plut. de facie in orbe lunae p. 940 D. *οὕτως ἐλαφρὰ καὶ λιτὰ τῶν ἀναγκαίων φέρειν ζῷα τὸν ἄνω τόπον ὑπολαμβάνουσιν.*

p. 14, 2. *συνελθόντος εἰς ταὐτὸν*] Hanc verecundam locutionem praeivit Plato Sympos. p 184 D. *ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικά.* Vide Jacobs. ad Achill. Tat. p. 866.

p. 14, 2. *ἡ κρᾶσις*] Ita Wyttenb. reposuit ex E. Mez. uti placuerat etiam Xyland. et Reisk. Vulgo *ἡ κρᾶσις.* Tum E. habet *ἐπικρατήσῃ*, B. autem *ἐπικρατήσῃ* (ει).

p. 14, 3. *δοκοῦσαν*] Reisk. conjecit *θέλουσαν.*

p 14, 4. *γένη τηλικαῦτα καὶ πλούτους*] Plat. Gorg. p. 523 C. *πολλοὶ οὖν — ψυχὰς πονηρὰς ἔχοντες ἠμφιεσμένοι εἰσὶ σώματά τε καλὰ καὶ γένη καὶ πλούτους.*

p. 14, 4. *μειράκιον ἐκ χλαμύδος*] *juvenis a sumta praetexta recens*, explicat Reiskius Vide Bernhardy Synt. p. 226. *χλάμυς* vestimentum epheborum, quod gestabant usque ad annum aetatis vigesimum. Vide infra c. X. p. 754 F. *τῆς χλαμύδος ἔθιγε μόνον.* p. 755 A. *ἅμα δὲ αἱ μὲν γυναῖκες ἔνδον αὐτοῦ τὸ χλαμύδιον ἀφαρπάσασαι περιέβαλον ἱμάτιον νυμφικόν.* Philostrat. Vit. Soph. I. p. 550. Hemsterhus. ad Polluc. X, 164. et ad Lennep. Etymol. p. 1108. Wyttenb. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 37 C. Vide infra ad c. XVI. p. 760 B.

p. 14, 6. *περικόπτουσιν ὥσπερ ὠκύπτερα*] Meleag. epigr. LII. (Brunck. Analect. I. p. 16.) vs. 5.

*ἢ γάρ σευ τὰ ποδηγὰ πόθων ὠκύπτερα κόψας*<br>*χαλκόδετον σφίγξω σοῖς περὶ ποσσὶ πέδην.*

Plut. vit. Pyrrh. c. X. *μετὰ δὲ τὴν μάχην ταύτην ὁ Πύῤῥος ἐπανελθὼν οἴκαδε λαμπρὸς ὑπὸ δόξης καὶ φρονήματος ἔχαιρε· καὶ ἀετὸς ὑπὸ τῶν Ἠπειρωτῶν προσαγορευόμενος, δι' ὑμᾶς, ἔλεγεν, ἀετός εἰμι· πῶς γὰρ οὐ μέλλω τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις, ὥσπερ ὠκυπτέροις, ἐπαιρόμενος.* Vit. C. Gracch. c. I. *καὶ τὸν λόγον, ὥσπερ ὠκύπτερα, κατασκευαζόμενος ἐπὶ τὴν πολιτείαν.*

p. 14, 6. *τὰ περιττὰ*] Ita edidit Wyttenb. e Salmasii conjectura, etiam Reiskio probata. Vulgo *τὰ περὶ τά.*

p. 14, 7. *χαυνότητας ἀβεβαίους καὶ κενὰς*] Ita emendavi locum, cui culpa librariorum vulgo foeda macula adspersa haesit, praeeunte Jacobsio ad Achill. Tat. p. 919. Vulgo enim corrupte legebatur *χαυνότητας ἐκβεβαίους καὶ κιλίους.* Xyland. conjecit *ἀβεβαίους*, sed cujus vocis locum obtineret *κιλίους* non succurrere, neque qui exsarciantur reliqua, candide professus est. Mez. *κιλλείους.* Jun. *κιλικίους.* Reisk. tentavit *χαυνότητας ἐμβεβαιοῦντα καὶ κιβδηλίας*, quorum ultimum ne Wyttenbachio quidem improbabile et ineptum visum, coll. Toup. Ep. Crit. p. 108. (Opp. T. II. p. 534.) Wyttenb. ipse in Indic. p. 906. *ποικίλας* proposuit. Sed prospera fortuna veram scripturam et incorruptam conservavit Clemens Alexandrinus Paedag. III. p. 288. Sylb.

*καθάπερ οὖν ὠκύπτερα περικοπτέον τῶν γυναικῶν τὰ χρήματα τὰ τρυφητικὰ χαυνότητας ἀβεβαίους καὶ κενὰς ἐμποιοῦντα ἡδονάς, ὑφ' ὧν ἐπαιρόμεναι καὶ πτερούμεναι πολλάκις ἀποπέτονται τῶν γάμων.* Ad *κενὰς* quasi manu ducunt etiam B. E. in quibus exstat *καὶ κελίους.* Videtur autem Plutarcho poetae alicujus, fortasse Menandri, versus obversatus esse. Pindar. Pyth. II. vs. 61.

*χαύνᾳ πραπίδι παλαιμονεῖ κενεά.*

et Nem. VIII. vs. 45.

*κενεᾶν δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος.*

Plut. de diff. amici ab adul. p. 59 E. *ἐν κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς πρόσεισι, ῥόπαλον κομίζων οὐ στιβαρὸν οὐδ' ἰσχυρὸν, ἀλλὰ χαῦνόν τι πλάσμα καὶ διάκενον.* Miror Meineckium p. 183. non vidisse, latere hic versum Menandri, cujus exitus, si quid video, fuerit hic:

*— χαῦνόν τι πλάσμα καὶ κενόν.*

Vit. Lycurg. c. VI. *οὐδὲν γὰρ ᾤετο ταῦτα πρὸς εὐβουλίαν εἶναι, φλυαρώδεις ἀπεργαζόμενα καὶ χαύνους φρονήματι κενῷ τὰς διανοίας τῶν συμπορευομένων.*

p. 14, 8. *κἂν μένωσι*] Pro *μένωσι* B. E. Ald. *μὲν ὦσι.*

p. 14, 8. *χρυσαῖς ὥσπερ ἐν Αἰθιοπίᾳ πέδαις*] Respicit Plutarchus, uti jam ad Plat. Euthydem. p. 227. monui, narrationem Herodoti III. c. 23. *ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἔνθα τοὺς πάντας ἐν πέδῃσι χρυσέῃσι δεδέσθαι· ἔστι δὲ ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον.* Opportune laudant ibi Wesseling et Valcken. Dion. Chrys. Or. 79. p. 664 B. et Heliodor. Aethiop. IX. p. 40. praetermisso nostro loco.

p. 14, 9. *δεδέσθαι βέλτιον*] *βελτίω* B. E. Ald. *δέδεσθαι* Bas.

## Caput VIII.

p. 14, 10. *οὐ λέγεις, Πρωτογένης εἶπεν*] Ita recte reposuit flagitante sensu Wyttenb. cum Xylandri versione. Vulgo *ἐκεῖνα δὲ οὐ λέγει Πρωτογένης, εἶπεν.* Vide Plut. de Pyth. oracul. p. 401 E. *ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπεν ἅτερος τῶν περιηγητῶν, ὅτι Κροῖσος* etc. Sept. Sap. conv. p. 158 F. *ἐκεῖνο δὲ οὐ λέγεις, εἶπον, ὅτι καὶ τὸν ὕπνον ἅμα* etc. unde conjicio, etiam in nostro loco *ἐκεῖνο* pro *ἐκεῖνα* scribendum esse.

p. 14, 11. *ἀναστρέφειν — τὸν Ἡσίοδον*] Wyttenb in Indic. p. 125. nisi memoria lapsus est, videtur conjicere *ἀναστρέφειν — τὸ Ἡσιόδειον*, ut sit *contra illud agere.* Reiskius vero suspicatus est: *ἀναστρέφειν — τὸν Ἡσιόδου ἐκεῖνον λόγον*, propterea enim dicere *ἐκεῖνον* Plutarchum, quod celeber esset locus et disputationibus crebris agitatus. Sed vide ad versum 15. Locus vero Hesiodi legitur in Op. et Dies. vs. 695 sq.

*Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι*
*μήτε τριηκόντων κ. τ. λ.*

p 14, 12. *τριηκόντων*] Ita emendavi ex Hesiodo. Vulgo *τριήκοντ' ὤν.* Vide Buttmann. Gr. Vol. I. p. 283.

p. 14, 12. ἀπολείπων] ἐπιλείπων B. Ald. Bas.

p. 14, 14. τέτορ'] τέττορ' Ald.; τέτταρ' Bas.

p. 14, 14. ἡβώοι] Ita edidi ex E. Turn. Bong. Vulgo erat ἡβῴη. Ald. ἡ βωῇ; Bas. ἡβώη. Cum praecepto Hesiodeo consentit Plato de legg. IV. p. 721 B. γαμεῖν δὲ ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα μέχρις ἐτῶν πέντε καὶ τριάκοντα. VI. p. 785 B. γάμου δὲ ὅρον εἶναι κόρῃ μὲν ἀπὸ ἑκκαίδεκα ἐτῶν εἰς εἴκοσι, τὸν μακρότατον χρόνον ἀφωρισμένον, κόρῳ δὲ ἀπὸ τριάκοντα μέχρι τῶν πέντε καὶ τριάκοντα. de rep. V. p. 460 E. ἆρ' οὖν σοι ξυνδοκεῖ μέτριος χρόνος ἀκμῆς τὰ εἴκοσιν ἔτη γυναικί, ἀνδρὶ δὲ τὰ τριάκοντα, ubi vide Ast. Locum Hesiodi explicat recte Gœttling. p. 193. ἡβῷσα *est inde ab anno quarto decimo; viro igitur nubat quinto post pubertatem anno, vel vitae decimo nono.* Pollux I, 58. ὅταν δὲ εἴπῃ ὁ Ἡσίοδος

Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη,

τέτταρα καὶ δέκα ἔτη λέγει, προσαριθμουμένων τῶν δέκα.

p. 14, 15. σχεδὸν ἡμεῖς οὗτοι τοσούτοις] Locus corruptus. Reisk. conjecit σχεδὸν γὰρ ἡμεῖς ἔτεσι τοσούτοις, quod non displicet. Wyttenb. pro οὗτοι τοσούτοις tentavit τοῦτον τοσούτῳ. Sed omnis labor haec verba corrigendi vanus est et irritus, ni simul omnia ea, quae universam orationem turbent et intelligentiam impediant, in disceptationem veniant. Vulnus, quod librariorum oscitantia loco elegantissimo inflixit, difficile est curatu, sed non insanabile. Tria potissimum sunt incommoda, quibus vulgata scriptura premitur, ut nunc mittam lacunam. Primo illa verba ἂν ἐκείνου λόγος mire dicta sunt, quasi Plutarchus dubitet, num poema Hesiodi *Opera et Dies* genuinum sit; tum in his σχεδὸν ἡμεῖς οὗτοι nexus orationis cum superioribus nullus est, et manifesto vitiatum οὗτοι; et denique, quod gravissimum est, conjunctivum illum περιάψωμεν non dubito soloecum dicere, neque inventus est, qui rationem ejus reddiderit. Quid multa? Locum sic redintegrandum censeo, paucis mutatis: ὅτι κινδυνεύομεν ἀναστρέφειν ἀτόπως καὶ γελοίως τὸν Ἡσίοδον· ἂν ἐκείνου λόγος (sc. ᾖ)

Μήτε τριηκόντων — πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο,

σχεδὸν δ' ἡμεῖς αὖ ἐνιαυτοῖς τοσούτοις γυναικὶ πρεσβυτέρᾳ — περιάψωμεν, sive ἡμεῖς δὲ σχεδὸν ἐνιαυτοῖς etc. i. e. *ridicule videmur invertere Hesiodi praeceptum, si ille quidem dicit — nos vero totidem fere annis majori natu mulieri virum immaturum applicabimus.* Sic nanciscimur bene vinctam orationem, habetque conjunctivus, unde pendeat. De omissione verbi substantivi post ἂν doctissime nuper egit Sintenis ad Plut. vit. Themistoclis p. 209. et in praef. p. XLIV sqq. coll. Bernhardyo Synt. p. 330 sq.

p. 14, 15. καθάπερ οἱ φοίνικες ἢ σῦκα * καὶ ἄωρον ἄνδρα περιάψωμεν] Quod asteriscus amissum significat, non habeo restituere. φοίνικας quidem leg. et palmarum fructus, non Phoenices, accipio. Habeo, quod divinarem, sed non fido. XYLANDER. F. ἢ Σύροι ὄμφακα καὶ ἄωρον ἄνδρα. Ut de puella conjugio nondum apta dicitur ὄμφαξ, ita non video, quare pariter de viro immaturo dici nequeat. Sed quia non constat, Phoenices et Syros consuevisse viros immaturos vetulis mulieribus copulare, ineunda est alia ratio.

Num igitur *οἱ φοίνικας, ἢ συκᾶς, ζευγνύντες, ἀτέλειον καὶ ἄωρόν.* Colligantur enim palmarum et ficuum utriusque sexus rami concipiendae fertilitatis ergo. Salmasius haec notaverat: *καθάπερ ἢ φοίνικες ἢ σῦκα, τῇ εἰρεσιώνῃ ἄωρον ἄνδρα.* Sed haec alias. REISKIUS. Forte *καθαπερεὶ φοίνικι συκάμινον, ἄωρον ἄνδρα π.* WYTTENBACHIUS. In B. lacuna est tredecim, in E. decem literarum. Etsi quid scripserit Plutarchus et quomodo lacuna explenda sit, difficillimum est conjectura assequi, tamen qualis debeat loci sententia esse, manifestum est, in quam interpretes mirandum est noluisse accuratius inquirere. Sensus enim totius loci hic est: *Ridicule videmur invertere Hesiodi illud praeceptum, qui jubet viros anno aetatis trigesimo matrimonium inire, puellas vero decimo nono anno, si virum immaturum circum appendimus mulieri aetate provectiori, quemadmodum usu venire solet in palmis et ficubus.* Etenim, ut prius sermo fiat de palma, palma mascula conjungitur cum fructu feminae, ut per culicem, qui ex illa transit, feminae arboris pomum citius maturescat et tenacius haereat. Cujus rei testis antiquissimus isque locupletissimus est Herodotus I. c. 193. *εἰσὶ δέ σφι φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ πεδίον· οἱ πλεῦνες αὐτῶν καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται· τοὺς συκέων τρόπον θεραπεύουσι, τά τε ἄλλα, καὶ φοινίκων τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι βαλανηφόροισι τῶν φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ τοῦ φοίνικος· ψῆνας γὰρ φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ ἔρσενες, κατάπερ δὴ οἱ ὄλυνθοι.* coll. Athen. XIV. p. 601 C. De ficubus res notior. Fici enim sylvestris sive caprifici (quae Graecis dicitur *ἀγρία συκῆ, ὁ ἐρινός, ἐρινεός*) fructus nunquam maturescit, sed quod ipsa non habet, aliis impertit. Grossi enim (*ὄλυνθοι, τὰ ἔρινα*) ex caprifico decerpti ficulneis arboribus suspenduntur, ut quos caprificus parit culices (*ψῆνες*), ii crebro morsu ficus ad maturitatem perducant. Quod dicitur *ἐρινάζειν, ὀλυνθάζειν, ψηνίζειν, caprificare.* Aristoteles Hist. Anim. V, 26, 2. *Οἱ δ' ἐρινεοὶ οἱ ἐν τοῖς ἐρινεοῖς ἔχουσι τοὺς καλουμένους ψῆνας· γίγνεται δὲ τοῦτο πρῶτον σκωλήκιον, εἶτα περιῤῥαγέντος τοῦ δέρματος ἐκπέτεται τοῦτο ἐγκαταλιπὼν ὁ ψήν, καὶ εἰσδύεται εἰς τὰ τῶν συκῶν ἐρινὰ καὶ διαστομῶν ποιεῖ μὴ ἀποπίπτειν τὰ ἐρινά· διὸ περιάπτουσί τε τὰ ἐρινὰ πρὸς τὰς συκᾶς οἱ γεωργοὶ καὶ φυτεύουσι πλησίον ταῖς συκαῖς ἐρινεούς.* Theophr. H. Pl. II, 9. Plin. Hist. Nat. XV, 19, 21. XVI, 27, 50. XVII, 27, 44. Plut. Quaest. Sympos. VII, 2. p. 700 F. *καὶ τὸ τῶν ἀγρίων ἐρινεῶν, ἃ ταῖς ἡμέροις περιαπτόμενα συκαῖς ἀποῤῥεῖν οὐκ ἐᾷ τὸν καρπόν, ἀλλὰ συνέχει καὶ συνεκπεπαίνει.* Pollucis Onom. I, 12, 242. *ὁ δὲ τῆς ἐρινέου καρπός, ὅς ἐστιν ἄγρια σῦκα, ἔρινα καλεῖται, ἃ καὶ περιάπτουσι ταῖς συκαῖς, ὅπως μὴ ἀποπίπτῃ ὁ καρπός· τὸ δὲ τὰ ἔρινα συλλέγειν, ἢ περιαρτᾷν, συκάζειν λέγουσι* (Hesych. s. *συκάζειν: κνίζειν ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις,* Strattis ap. Athen. XIII. p. 592 D.

*καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν*
*ἰδεῖν με συκάζουσαν εὐναίαν ἔτι,*
*τόν τ' αὐλοτρύπην αὐτόν.*)

ib. VII, 32, 144. *τὰ δὲ ζῷα τὰ ἐν τοῖς σύκοις, ψῆνες καὶ κνῖπες.* Etymol. M. 108, 10. *ἀνηρίναστος, ὁ μὴ κρατῶν ἃ ἔχει, ἀλλ' ἀποβάλλων· ἀπὸ τῶν συκῶν τῶν μὴ κρατουσῶν τὸν καρπόν, διὰ τὸ μὴ ἐπιβληθῆναι αὐταῖς τοὺς ὀλύνθους ἀπὸ τῶν ἐρινεῶν. τοῖς γὰρ ὀλύνθοις τῶν ἀγρίων συκῶν φύεται θηρία, ἐμπίσιν ὅμοια, ἃ προσ-*

αγορεύουσι ψῆνας· τούτων οἱ γεωργοὶ λαβόμενοι, ἐφάπτουσι τῶν κλάδων ταῖς ἡμέροις συκαῖς, ὅπως αὐτῶν ὁ καρπὸς μὴ ἀποῤῥέῃ. ἐνδυόμενον γὰρ εἰς τοὺς φήληκας τὸ θηρίον στερεοῖ τούτους καὶ πεπαίνει· διόπερ ἐπὶ τῶν ἀ.λαβον μὴ διακρατούντων, ἐπέλαβε τὸ ἀνηρίναστος· ἢ ἀντὶ τοῦ οὐκ ἠρινάσθης, οὐ περιεβλήθησάν σοι οἱ ἐρινεοί. Photius 14, 1. ἐρινάζειν: ὀλύνθους περιάπτειν ταῖς ἡμέραις συκαῖς ἀπὸ τῶν ἐρινεῶν καὶ ἀγρίων συκῶν· ἐξ ὧν οἱ λεγόμενοι ψῆνες μετεισέρχονται εἰς τὸν τῶν ἡμέρων συκῶν καρπὸν καὶ κρατύνουσιν αὐτόν, ὥστε μὴ ἀποῤῥυῆναι τῶν δένδρων. Eleganter Sophocles ap. Athen. III. p. 76 D.

Πέπων ἐρινος ὣς ἀχρεῖος αὐτὸς ὢν
ἐς βρῶσιν ἄλλους ἐξερινάζεις λόγους.

Sic enim praeclare correxit Porsonus. Quare erroris postulandus est Heynius, qui in Philostrat. Imag. I. c. 31. πλησίον δὲ αὐτῶν ὄζος ἔῤῥιπται, μὰ Δί' οὐκ ἀργὸς ἢ κενὸς τοῦ καρποῦ· σκιάζει δὲ σῦκα τὰ μὲν ὠμὰ καὶ ὀλύνθους ἔτι, τὰ δὲ ῥυσσὰ καὶ ἔξωρα, τὰ δὲ ὑποσέσηρε, παραφαίνοντα τοῦ χυμοῦ τὸ ἄνθος, vituperavit Sophistam, qui cum ficubus maturis ὀλύνθους in eodem ramo junxerit; rectius judicavit ibi Welckerus. Nunc credo apparere, quam sit acerba osoris mulierum oratio, praesertim quum illa copulatio ficuum maturarum et immaturarum saepe translata sit ad rem veneream et coitum. Etym. M. p. 780, 25. ὑπεψηνισμένοι, ἀκμαῖοι πρὸς τόκον· ἀπὸ τῶν σύκων τῶν διὰ τοὺς ψῆνας πεπείρων. coll. ib. 818, 29. De sententia igitur loci non potest amplius dubitatio ulla moveri, sed difficilior est quaestio de explenda lacuna. Neque enim est dissimulandum, primo adspectu locum videri sartum tectum et ab omni detrimento sincerum nihilque desiderari ad sententiae integritatem, modo scribas καθάπερ οἱ φοίνικες ἢ σῦκα et ad ea suppleas e sequentibus, περιάπτονται, quae ratio plane nihil habet insoliti idoneisque exemplis a me confirmata est supra ad p. 12, 13. Nunc vero quum libri ipsi manu exarati lacunae faciant indicium, circumspicienda est ratio, qua probabiliter damnum reparetur. Quod cum multis modis fieri possit, caute et circumspecte est agendum, ne nostra commenta invito scriptori obtrudamus. Jam vide ne simplicissimum sit corrigere: καθάπερ οἱ φοίνικες ἢ σῦκα περιάπτονται, οὕτω καὶ ἄωρον ἄνδρα περιάψωμεν. Sed me acutioribus hominibus certiorem omnesque veritatis numeros habituram medelam quaerendam relinquo.

p. 14, 17. καὶ κήσεται] sc. αὐτοῦ. Praecedit enim ἐρᾶται γὰρ αὐτοῦ. Hermesianax. ap. Athen. XIII. p. 598 A.

Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς
ἦχον καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου
καίετο μὲν Ναννοῦς —

Vide Dorvill. ad Charit. p. 452. ed. Lips.

p. 14, 17. κωμάζειν ἐπὶ θύρας] Plat. Sympos. p. 183 A. ποιεῖν οἷάπερ οἱ ἐρασταὶ πρὸς τὰ παιδικά, ἱκετείας τε καὶ ἀντιβολήσεις ἐν ταῖς δεήσεσι ποιούμενοι, καὶ ὅρκους ὀμνύντες καὶ κοιμήσεις ἐπὶ θύραις. ib. p. 203 D. ὁ Ἔρως — σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος καὶ ἄοικος, χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς [illegible]θριος κοιμώμενος. Plut. infra de amantibus c. XVI. p. 759 B. καὶ μεθ' [illegible] διώκουσι, καὶ νύκτωρ θυραυλοῦσι coll. c. XX. p. 766 B. De hoc more

amantium, qui a puellis exclusi, ante fores sub divo pernoctarent παρακλαυσίθυρον cantantes, vide Casaub. ad Pers. Sat. V. p. 452. Ruhnken. ad Tim. p. 144 sq. et praecipue de comessationibus lascivorum juvenum ad fores amicarum, ut eas cantu et musica oblectarent v. Welcker. ad Philostrat. Imag. p. 204 sq. Stallbaum. ad Plat. Sympos. p. 133. Plut. de cohib. ira p. 455 B. αἱ μὲν γὰρ ἐρωτικαὶ πράξεις, οἷον ἐπικωμάσαι καὶ ᾆσαι καὶ στεφανῶσαι θύραν ἔχουσιν ἀμωσγέπως κουφισμὸν οὐκ ἄχαριν οὐδὲ ἄμουσον.

p. 14, 18. παγκρατιάζειν] πανκρατιάζειν Ald. Bas. Tum in ed. Wyttenb. operarum errore legitur ἀτεραστάς pro ἀντεραστάς.

p. 14, 19. καὶ καθὸ αἴσθηται ὀφρὺς] Forte ὀφρῦς ᾀράτω, aut tale quid. Vult, eam simulare amantis contemtum, opinor. XYLANDER. Reiskius conjecit: καὶ καθαιρεῖν τὰς ὀφρῦς, καὶ παύσασθαι τρυφῶσα. Wyttenbachius: καθείσθω ἡ ὀφρὺς. Vide Clem. Alexandr. Paedag. III. p. 296. Potter. ἔστω καθαρὸν τὸ πρόσωπον, ὀφρῦς μὴ καθειμένη μηδὲ ὄμμα ἀναπεπταμένον, μηδὲ ὑνακεκλασμένον. Equidem malim scribere: καὶ καταθέσθω τὰς ὀφρῦς. Plut. adversus Stoicos p. 1062 F. ταῦτα γὰρ εἰ μὲν παίζοντες λέγουσι, καταθέσθωσαν τὰς ὀφρῦς.

p. 14, 20. ἀνοικείων] Recepi Reiskii conjecturam pro vulgato οἰκείων. Wyttenb. λαβέτω pro λαβοῦσα conjecit. Illam conjecturam Reiskii aliquanto pluris facio quam alteram ab illo propositam: καὶ σχῆμα φαίνεσθαι λαβοῦσα τῶν κοῦ πάθους οἰκείων.

p. 14, 21. οἴκοι καθήσθω] οἴκοι κεκαθήσθω B. Ald. Bas. In E. est: οἴκοι κεκσθήσθω. Plut. de animi tranq. extr. εἶτα ἐκεῖ μὲν εὔφημοι καθήμεθα κοσμίως.

p. 14, 22. τους μνωμένους καὶ σπουδάζοντας] Plut. Pericl. c. XXIV. τὴν Ἀσπασίαν ὑπὸ τοῦ Περικλέους σπουδασθῆναι. Vide Bergler. ad Alciphr. p. 120.

p. 14, 23. φυγεῖν τις ἂν ἔχοι] Wyttenb. conjecit φύγοι τις νοῦν ἔχων. Libri scripti a vulgata non dissentiunt, nisi quod B. E. habent τίς ἂν ἔχοι, Ald. Bas. τις ἂν ἔχει, et tum Ald. βλελυχθείη. Fortasse nihil in vulgata novandum, modo φυγεῖν τις ἄν ἔχοι καὶ βδελυχθείη dictum putes pro φύγοι τις ἄν καὶ βδελ. Plut. de fraterno amore p. 490 F. ὡς τὸ συμφιλεῖν καὶ συνεχθραίνειν ἥδεσθαί τε τοῖς αὐτοῖς συνόντα, καὶ πάλιν βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν. Ceterum in textu operarum error corrigendus ἂν pro ἄν.

p. 14, 23. μήτι γε λάβοι] Vide Jacobs. ad Aelian. H. A. Vol. II. p. 115. C. Fr. Hermann. ad Luc. de conscr. hist. p. 182. Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 14 A.

## Caput IX.

p. 14, 25. εἶπεν ὁ πατὴρ] Ita edidit Wyttenb. ex E. Vulgo desiderabatur ὁ πατήρ.

p. 14, 27. φεύγειν] F. φεύγουσιν. Sed quidnam ἀναγκαῖον? Hoc desideratur. Multa jam hujus libelli occurrerunt nobis salebrosa, quae, quod complanare nequiremus, praeterire necesse habuimus. REISKIUS. In his et sequentibus plura sunt corrupta, neque meae neque aliorum conjecturae ullo modo placent et omnino despero, sine meliorum librorum, quam qui adhuc collati sunt, auxilio quidquam inventum iri, quod ex omni parte arrideat. Equidem nunc missis inutilibus conjecturis satis habeo aliquot ab interpretibus commissos errores notare. Wyttenbachius conjecit κοινὴν ποιῆσαι — οὐδὲ φεύγουσι τ. π. γάμον ε. χ. ut sensus sit: *videsne — rursum eos caussam et materiem orationis communem ac necessariam facere nobis, qui non negamus, neque fugimus, quin conjugialis Amoris in choro simus.* In his neque quid sit *causa communis ac necessaria*, neque quid sibi velit ποιῆσαι, intelligo. Λόγος ἀναγκαῖος vero est *is sermo, qui probandi vim habet et quasi vi extorquendi assensum iis, qui secus sentiunt amoremque conjugialem praeferunt puerili.* Plut. Symp. Quaest. VIII, 3, 4. p. 722 B. οὐ μὴν ἀλλ' ἀφαιρετέον γε τῶν Ἀναξαγόρου σωμάτων τὸν σιγμόν· οὔτε γὰρ πιθανὸς οὔτε ἀναγκαῖος, quanquam hic quidem locus aliam interpretationem admittit. Plat. Tim. p. 40 E. ἄνευ τε εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων. Sophist. p. 265 D. νῦν ἂν τῷ λόγῳ μετὰ πειθοῦς ἀναγκαίας ἐπεχειροῦμεν ποιεῖν ὁμολογεῖν. Theaet. p. 153 C. ibiq. Heindorf. p. 298. ed. II. de rep. V. p. 458 D. οὐ γεωμετρικαῖς γε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών. (coll. Plut. adv. Colotem p. 1122 E.) ib. VII. p. 527 A. ib. X. p. 611 B. De simili usu verbi βιάζεσθαι dixit Buttmann. in ind. ad Demosth. c. Mid. p. 168. φεύγειν vero in nostro loco fortasse recte Wyttenb. et Reisk. mutatum voluerunt in φεύγουσι; facilius illud ferrem, si pro οὐδὲ scriptum esset μηδὲ. Ald. Bas. habent οὐ δὲ φεύγειν.

p. 14, 27. τοῦ περὰ γάμον Ἔρωτος εἶναι χορευταῖς] γάμον edidi ex E., uti conjecerat jam Wyttenb. Vulgo γάμων. Infra c. XXII. p. 768 B. ἀφθονίας δὲ παραδειγμάτων οὔσης πρός γε ὑμᾶς τοὺς ὁμοχόρους τοῦ θεοῦ καὶ θιασώτας. c. XX. p. 766 B. καὶ διατελεῖ περὶ τὸν αὐτὸν θεὸν ἄνω χορεύων καὶ συμπεριπολῶν. Plat. Theaet. p. 173 B. C. Politic. p. 291 B. ἐξαίφνης ἠμφεγνόησα κατιδὼν τὸν περὶ τὰ τῶν πόλεων πράγματα χορόν. Phaedr. p. 252 D. καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον θεόν, οὗ ἕκαστος ἦν χορευτής, ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος εἰς τὸ δυνατὸν ζῇ.

p. 14, 28. ἀμύνει διὰ πλειόνων] Etiam hunc locum intactum relinquere malo. Wyttenb. conjecit ἄμυνε σὺ διὰ πλειόνων αὐτὸς ἐρῶν, ἔτι δὲ τῷ πλούτῳ βοήθησον.

p. 14, 29. δεδίεπται] δεδιέττεται Ald. Bas.

p. 16, 1. βαρεῖα γὰρ καὶ πλουσία] Nunc majorem incisionem ante βαρεῖα fecerim. Temere vero Wyttenb. scribere voluit cum Mez.: βαρεῖα γὰρ ἡ πλουσία. Vide supra quae dixi ad. p. 4, 22.

p. 16, 2. τί δὲ ἡ καλή] Wyttenb. edidit ex Leonic. Schott. Anon. τί δὲ εἰ καλὴ καὶ νέα; τί δὲ εἰ γένει σοβαρὰ καὶ ἔνδοξος, ut etiam Reisk. conjecit secutusque est Hutten. Turn. Vulc. et Bong. habent: τί εἰ ἡ καλὴ καὶ νέα; τί εἰ ἡ

γένει; — Tuitus sum veterem scripturam. Sensus enim est: *quid vero si pulcra et juvencula? quid nobilis sc. repudiabiturne et abjicietur?* Vide Stallbaum. ad. Plat. Gorg. p. 193. et Heindorf. ad eund. p. 175. ed. II.

p. 16, 3. καὶ κατεγρυπωμένον] Perperam Reisk. et Wyttenb. conjecerunt καὶ κατεῤῥυπωμένον, Nam in homine, qui est *virtutis verae custos rigidusque satelles* vituperari potest nimia quaedam morum severitas rigorque, non vero sordes. κατεγρυπωμένον a γρυπός (v. Plat. de rep. V. p. 474 D.), γρυπόω, καταγρυπόω habet superbiae contemtusque notionem estque eorum, qui alios quasi *nasu adunco suspendunt* (v. Heindorf. ad Horat. Satir. I, 6, 5). Mulieres igitur virtutis studiosas dicit Plutarchus in odium incurrere, quod tantum absit, ut maritorum vitia leniter remisse et urbane vituperent, ut austere severe et graviter exagitent. Sed tamen nescio an potius scribendum sit κατεγγυπωμένον. Etym. M. p. 236, 40. Γ ν ύ π ε τ ο ι, στυγνοί, καὶ οἷον νενυγμένοι· καὶ τὸ κ α τ ε γ γ υ π ῶ σ θ α ι ῥῆμα τοιοῦτον δηλοῖ· ἢ ἐκτεταμένοι, δειλοί· ἄλλοι δὲ, κατηφεῖς. Photius p. 146, 7. κ α τ ε γ γ υ π ω μ έ ν ω ς: νωθρῶς· ἀνάνδρως· οὕτω Μένανδρος. Hesych. ἐ γ γ υ π ω μ έ ν ο ν, ταλαίπωρον, κατηφές. Quod videtur esse huic loco convenientissimum, referendum enim est ad tetricum vultum, ad tristitiam et morositatem mulieris.

p. 16, 3. ἐπαχθὲς * καὶ δυσκαρτέρητον] Hic permulta deesse apparet. XYLANDER. αἱ δὲ σώφρονες οὐδὲν αὐστηρὸν καὶ κατεῤῥυπωμένον καὶ ἐπαχθὲς καὶ δυσκατέρητον ἔχουσιν; *illae uxores* σ ώ φ ρ ο ν ε ς *dictae*, hoc est, *modestae*, *nihilne habent austerum et sordidum et grave et intolerabile in moribus?* REISKIUS. Legendum κατεῤῥυπωμένον ἐπαχθὲς πολλάκις καὶ δυσκ. ἔχουσι. WYTTENBACHIUS. In B. E. lacuna est octo literarum. Fortasse excidit καὶ πικρὸν vel καὶ στυγνὸν vel καὶ σκυθρωπὸν. Plut. de diff. adul. ab amico p. 49 E. οὐδὲ γὰρ ἀηδὴς ὁ φίλος, οὐδ' ἄκρατος, οὐδὲ τ ῷ π ι κ ρ ῷ σεμνὸν ἢ φιλία καὶ α ὐ σ τ η ρ ῷ. p. 51 C. ἀλλ' ὥσπερ οἱ δεινοὶ τῶν ὀψοποιῶν τ ο ῖ ς π ι κ ρ ο ῖ ς χυμοῖς καὶ α ὐ σ τ η ρ ο ῖ ς ἡδύσμασι χρῶνται. ib. p. 67 B. τῇ γλυκύτητι τοῦ νουθετοῦντος ἐπιτείνων τὸ π ι κ ρ ὸ ν καὶ α ὐ σ τ η-ρ ὸ ν τῆς νουθεσίας. coll. De sanit. tuenda p. 137 A. conj. praec. p. 141 F. Ceterum vide praec. conj. p. 139 B. ἐνίας ὁρῶσαι τοὺς μὲν α ὐ σ τ η ρ ο ὺ ς καὶ σ ώ φ ρ ο ν α ς βαρυνομένας. ib. p. 142 C. Tib. Gracch. c. II. ὁ δὲ Γάϊος τοῖς μὲν ἄλλοις παραβαλεῖν, σ ώ φ ρ ω ν καὶ α ὐ σ τ η ρ ό ς. Nic. c. II. καὶ γὰρ οὐκ ἦν α ὐ σ τ η-ρ ὸ ν οὐδ' ἐ π α χ θ ὲ ς ἄγαν αὐτοῦ τὸ σεμνὸν, ἀλλ' εὐλαβείᾳ τινὶ μεμιγμένον.

p. 16, 4. καὶ ποινὰς καλοῦσιν] οὐχὶ καὶ ἀπηνεῖς καλοῦσιν αὐτάς; *nonne acerbas eas appellant.* Salmasius conjiciebat καὶ ποινὰς. REISKIUS. Vulgo legebatur καὶ πείνας, ut est etiam in B. E. et Ald. Edidi e Bas. Xyl. Salmas. καὶ ποινὰς. Male Wyttenb. et Hutten. καὶ ποίνας. Stob. T. 67. T. III. p. 3. ed. Gaisf. ἐὰν μὲν καλὴν γήμω, ἕξω κ ο ι ν ή ν· ἐὰν δὲ αἰσχρὰν, ἕξω π ο ι ν ή ν. Eurip. Androm. vs. 103.

Ἰλίῳ αἰπεινᾷ Πάρις οὐ γάμον, ἀλλά τιν' ἄ τ α ν
ἠγάγετ' εὐναίαν εἰς θαλάμους Ἑλέναν.

Vide Jacobs. Animadv. in Anthol. V. II. P. I. p. 368.

p. 16, 5. ὀργιζομένας, ὅτι σωφρονοῦσιν] Pro ὅτι B. ὅ τι Plutarchus respicit Metrodori, Lampsaceni, Epicuri discipuli, effatum, quod intelligimus e praec. conjug. p. 141 F. 142 A. οἶμαι δὴ καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν

ἄνδρα χαρίτων, ἵν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῇ, καὶ μὴ ὀργιζομένη, ὅτι σωφρονεῖ, ubi A. E. T. ὀρχιζομένη. Infra c. XXIII. p. 769 D. χρηστῇ δὲ ἄν τις γυναικὶ καὶ σώφρονι παραινέσειε τῷ Ἔρωτι θύειν, ὅπως εὐμενὴς συνοικουρῇ τῷ γάμῳ καὶ ἡδὺς * γυναικείοις. Sed potest etiam Metrodori Scepsii, Carneadis discipuli dictum putari, de quo vide Leopold. ad Plut. Lucull. c. XXII. p. 339.

p. 16, 5. ἄρα οὖν] Ita edidi e B. E. Vulgo ἄρα οὖν, ut est etiam in Ald. Bas. Reisk. et Hutten. ediderunt ἄρ' οὖν. Vide quae attuli ad Euthydem. p. 26.

p. 16, 5. ἐξ ἀγορᾶς] Plut. de cohib. ira p. 461 B. χιόνος δὲ μὴ παρούσης, οὐκ ἂν πιὼν, οὔτε ἄρτον ἐξ ἀγορᾶς φαγὼν, οὐδὲ ὄψου γευσάμενος. (coll. Athen. III. p. 109 D. p. 112 C.) v. Bernhardy Synt. p. 222.

p. 16, 6. Ἀβρότονόν τινα Θρῇσσαν] Ἀβρότονον τινὰ Θρ. B. E. Abrotonum mater erat Themistoclis. Plut. vit. Themist. c. I. νόθος δὲ πρὸς μητρὸς, ὡς λέγουσιν

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.

Φανίας μέντοι τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους οὐ Θρᾷτταν, ἀλλὰ Καρίνην, οὐδ' Ἀβρότονον ὄνομα, ἀλλ' Εὐτέρπην ἀναγράφει. Athen. XIII. p. 576 C. Aelian. V. H. XII. c. 34. Etiam nostro in loco edendum esse videtur Ἀβρότονον.

p. 16, 6. ἢ Βακχίδα Μιλησίαν] Memoria videtur Plutarchus lapsus esse, Neque enim Bacchis, nobilissima illa meretrix, fuit genere Milesia, sed Samia. Athen, XIII. p. 594 B. διαβόητος δ' ἑταίρα γέγονε καὶ ἡ Μιλησία Πλαγγών· ἧς περικαλλεστάτης οὔσης ἠράσθη τις νεανίσκος Κολοφώνιος, Βακχίδα ἔχων ἐρωμένην τὴν Σαμίαν. Eodem tendere probabile est Sopatrum ap. Athen. XIV. p. 644 C. ὅτι δὲ καὶ οἱ Σάμιοι διαφέροντές εἰσι πλακοῦντες Σώπατρος ὁ φλυακογράφος φησὶν ἐν Βακχίδος μνηστῆρσι·

Πλακουντοποιὸν ὠνομασμένην Σάμον,

de qua fabula v. Th. Bergk. Anacr. carmin. reliq. p. 103 sq. Praeterea de Bacchide conf. Athen. XIII. p. 595 A. Πυθιονίκην — ἣ Βακχίδος μὲν ἦν δούλη τῆς αὐλητρίδος, ἐκείνη δὲ Σινώπης τῆς Θρᾴττης, τῆς ἐξ Αἰγίνης Ἀθήναζε μετενεγκαμένης τὴν πορνείαν· ὥστε γίγνεσθαι μὴ μόνον τρίδουλον, ἀλλὰ καὶ τρίπορνον αὐτήν. Plut. de garrul. p. 513 F. Meinek. ad Menand. p. 341. Profecto elegantissima est correctio, quam pro humanitate sua God. Hermann. mecum communicavit: ἢ Βακχίδα τὴν Μιλησίαν Πλαγγόνα ἐπαγομένην. Nam et Plangonem dicit Athenaeus l. c. Milesiam (coll. Anaxil. ap. Athen. l. c. p. 558 B. et Timocl. p. 567 E.) et manifesto ἔγγυον corruptum est in nostro loco. Sed hoc vitium leniore sustuli medela et Milesiam dixit, ni fallor, Plutarchus Bacchidem, quia ex hac potissimum urbe meretrices in Graeciam ducebantur. Eubulus ap. Athen. XIII. 572 A.

ἀπέβρυκον αἰσχρῶς, ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἂν
ἀπεγεύεθ', ὥσπερ παρθένος Μιλησία.

p. 16, 6. *ἀνέγγυον ἐπαγομένην*] Ita haud cunctanter ex mea conjectura locum correxi. Vulgo *ἔγγυον ἐπαγ.* Praecedens *Μιλησίαν* absorbuit duas literas initiales voc. *ἀνέγγυον.* Interpretes, qui uno ore locum depravatum esse confessi sunt, dolendum unice intentos fuisse corruptae voci *κατεσσυμάτων.* Sed quae macula nostrum elegantissimum locum foedavit, ea non potest elui, quin simul *ἔγγυον*, quod illi incassum laboraverunt explicare, in suspicionem et discrimen adducatur. *ἀνέγγυος* est virgo, *quae non justo matrimonio desponsa est*, hinc *ἀνέγγυοι* dicuntur liberi, *de quorum ingenuitate et stirpe nemo vadimonium praestare fidemque suam interponere audeat*, *obscuri*, *ignobiles*, *nullis parentibus*, quae utraque notio hic conjungenda videtur esse. Nam sensus totius loci hic est: *si mulieres nobiles*, *divites*, *pulcrae et probae non sunt in matrimonium ducendae, tum sane optimum est*, *primam quamque servam e foro*, *cujus natales obscuri sunt*, *non factis justis sponsalibus in domum introducere.* Plut. Tib. Gracch. c. IV. *τὴν Κορνηλίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀνέκδοτον καὶ ἀνέγγυον ἀπολειφθεῖσαν.* coll. de virtut. mulierum p. 262 A. Quaest. Rom. p. 288 F. *εἶτα οἷον ἐφυβρίζοντες οὕτω προσαγορεύειν τὸν ἐκ γυναικὸς ἀγάμου καὶ ἀνεγγύου γεγενημένον.* Comp. Aristid. c. Cat. M. c. VI. fin. *εἰ γὰρ ἐβούλετο παῖδας ἀγαθοὺς ὁμοίως τεκνῶσαι, γάμον ἔδει λαβεῖν γενναῖον ἐξ ἀρχῆς σκεψάμενον, οὐχ ἕως μὲν ἐλάνθανεν ἀνεγγύῳ γυναικὶ καὶ κοινῇ συγκοιμώμενος ἀγαπᾷν.* Thes. c. II. *ἐδόκει δ' οὖν ὁ Θησεὺς τῷ Ῥωμύλῳ κατὰ πολλὰς ἐναρμόττειν ὁμοιότητας· ἄμφω μὲν γὰρ ἀνεγγύω καὶ σκοτίω γενόμενοι, δόξαν ἔσχον ἐκ θεῶν γεγονέναι.* Plat de rep. V. p. 461 B. *ὁ αὐτὸς δέ γ', εἶπον, νόμος, ἐάν τις τῶν ἔτι γεννώντων μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος ἅπτηται τῶν ἐν ἡλικίᾳ γυναικῶν· νόθον γὰρ καὶ ἀνέγγυον καὶ ἀνίερον φήσομεν αὐτὸν παῖδα τῇ πόλει καθιστάναι.* Pollux III, 34. *ἐπάγεσθαι* vero voc. pr. de pellicibus, quae in domum introducuntur, ut Latinis *adducere*, v. Ovid. Fast. III, 483. Corn. Nep. Dion. V. Varro L. L. VII, 5, 96.

p. 16, 7. *δι' ὠνῆς καὶ καταχυσμάτων*] Lego *δι' ὠνῆς*, existimoque, sententiam esse, emtitias eo ipso, quia emtae sint, mulieres, pignus secum obedientae ferre, neque metuendum, ne se viris anteponant. Vox autem *κατέσσυμα κατάπτηξιν*, seu *ὑπόπτηξιν*, significat, mihi suspecta. XYLANDER. F. *ἔγγυον ἐπαγομένην, νὴ Δί', ὠνῆς καὶ συμβολαίων.* *quae secum adducat sponsorem contractae emtionis et venditionis tabularumque ideo conditarum.* REISKIUS. Forte *καττυμάτων.* B. E. *δι' ὠνῆς καὶ κατεσσυμάτων.* Locum non expedio WYTTENBACHIUS. Vulgo legebatur *δι' ὠνῆς κατεσσυμάτων.* Ald. Bas. *δ' ἰωνῆς κατεσσυμάτων.* B. *δι' ω. καὶ κατεσσυμμάτων.* E. *δι' ω. καὶ κατεσυμμάτων.* Wyttenbachius *καττυμάτων* conjiciens quomodo locum intelligi voluerit, non indicavit. In Indic. T. II. p. 858. s. *κατέσσυμα* ablegat lectores ad *κάττυμα*, ubi p. 895. leguntur haec: „*κάττυμα* II. 1138 B. Mus. Clem. Al. 205 C. 218 C. — calceorum *ἀκάττυτος*, Teles Stob. 523, 49. Plin. XVI. 13. Alexis citatus Dalec. Oribas. citatus Hard. XXVIII. 62. Schol. Aristoph. Plut. 663. Clem. Al. 441 C. Liban. I. 803 D.“ Sed ex hac farragine nihil bonae frugis extundas, nisi forte Wyttenb. ineptam Arnoldi Ferroni de hoc loco disputationem probavit p. 99. „*δι' ὠνῆς κασσυμάτων.* Aristophan. *σφηξὶ· ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα.* *Et idem Acharneus. vers.* 300. *οὓς ἐγὼ*

*κατατεμῶ τοῖσιν ἱππεῦσι ποτὶ ἐς καττύματα. Et ibi interpres: καττύματα δ' ἔστι δέρματα ἰσχυρὰ καὶ σκληρά, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλεται. itaque δι' ὠνῆς κασσυμάτων precio sandaliorum dixerim.*" Talia vero indigna sunt, quae refutentur. Sagacissima est God. Hermanni conjectura, cujus partem supra jam indicavi: ἡ Βακχίδα τὴν Μιλησίαν Πλαγγόνα ἐπαγομένην δι' ὠνῆς καὶ καταισχυμμάτων s. καταισχυμμῶν. Sed candide profiteor, me non intelligere, quomodo sensus huic loco aptus ex ea elici possit, praesertim quum vox καταίσχυμμα neque in Plutarchi scriptis neque in lexicis legatur. Etsi non quovis pignore posito contenderim, me genuinam scripturam restituisse, tamen nondum poenituit, quod ejecta corrupta voce in ejus locum substitui id, quod certe intelligi possit neque indignum sit Plutarchi ingenio et elegantia. Scripsi καὶ καταχυσμάτων e mea conjectura. καταχύσματα sunt *bellaria, nuces, ficus, quae super caput servi nuper emti, cum domum heri ingrediebatur, et similiter super caput uxoris recens nuptae spargebantur et effundebantur,* quod esset signum copiae atque rerum omnium affluentiae Photius p. 145, 12. καταχύσματα: ἔθος ἦν Ἀθήνησιν, ὅτε νεώνητος οἰκέτης εἰσάγοιτο εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν δεσπότην ἢ τὴν δέσποιναν ἰσχάδων καὶ καρύων πλῆθος καταχεῖν αὐτοῦ· ἃ καταχύσματα ἐκάλουν· φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πρῶτον πρεσβευόντων καὶ ἐπὶ τῶν θεωρῶν τοῦτο γίγνεσθαι, ὅτε πρῶτον τοῦτο ἐποίουν. ib. p. 415, 3. καταχύσματα δὲ πληθυντικῶς· τὰ παρὰ τὴν ἑστίαν κατασκεδαννύμενα τῶν γαμούντων καὶ τῶν πρωτοθεωρῶν· ταῦτα δὲ ἐστὶν ἰσχάδες καὶ πανσπερμία. ib. 7. καταχύσματα: τῶν νεωνήτων οἱ δεσπόται τραγήματα κατέχεον· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ θεωρίας ἐλθόντων· κατεχεῖτο δὲ καὶ τῶν νυμφίων, φασίν, ὡς Θεόπομπος. Pollux III, 8, 77. coll. VI, 9, 56. Aristoph. Plut. vs. 768 sq.

> φέρε νυν ἰοῦσ' εἴσω κομίσω καταχύσματα
> ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.

p. 16, 8. αὐλητρίδες] αὐλιτρίδες Ald. Bas. et tum iidem ὀρχιστρίδες.

p. 16, 8. Ἀριστονίκα] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Xyland. Mez. Reisk. Vulgo Ἀριστονίσα. Reisk. conjecit καὶ ὀρχηστρίδες, Ἀριστονίκαι. Sed fortasse scribendum Στρατονίκα. Athen. XIII. 576 E. καὶ ὁ δεύτερος δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύς, Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην, ὡς ἱστορεῖ ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ὑπομνημάτων, πλείστας ἔσχεν ἐρωμένας. Διδύμην μὲν, μίαν τῶν ἐπιχωρίων γυναικῶν, μαλ' εὐπρεπεστάτην τὴν ὄψιν, καὶ Βιλιστίχην, ἔτι δὲ Ἀγαθόκλειαν καὶ Στρατονίκην, ἧς τὸ μέγα μνημεῖον ὑπῆρχεν ἐπὶ τῇ πρὸς Ἐλευσῖνι θαλάσσῃ. De Aristonica enim saltatrice, quae regem amore sui perculsum et captum tenuerit, nihil innotuit. Aristonica quaedam cum Sibylla memoratur a Plut. de Pyth. orac. p. 406 B.

p. 16, 9. Οἰνάνθη καὶ Ἀγαθοκλεία] Ἀγαθοκλεία non satis recte edidi cum Wyttenb. e Xyl. pro vulg. Ἀγαθοκλία, quod est etiam in B. E. Corrigendum enim est Ἀγαθόκλεια. Athen. VI. p. 251 E. dicit Polybium refere historiarum ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Ἀγαθοκλέους, τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ, ἑταίρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως, Φίλωνα sc. κόλακα γενέσθαι. Plut. vit. Cleomen. c. XXXIII. ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς (sc. Ptolemaeus Philopator) αὐτὸς οὕτω διέφθαρτο

τὴν ψυχὴν ὑπὸ γυναικῶν καὶ πότων, ὥστε, ὁπότε νήφοι μάλιστα καὶ σπουδαιότατος αὐτοῦ γένοιτο, τελετὰς τελεῖν, καὶ τύμπανον ἔχων ἐν τοῖς βασιλείοις ἀγείρειν, τὰ δὲ μέγιστα τῆς ἀρχῆς πράγματα διῴκειν Ἀγαθόκλειαν, τὴν ἐρωμένην τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ταύτης μητέρα καὶ πορνοβόσκον, Οἰνάνθην. Athen. XIII. p. 577 A. τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγαθόκλεια ἡ ἑταίρα ἐκράτει, ἡ καὶ πᾶσαν ἀνατρέψασα τὴν βασιλείαν; coll. p. 576 F. Polyb. XV, 33. Vol. III. p. 560. 561.

p. 16, 14. χρηματίζουσαν] χρηματίζειν est *intromittere quem audiendum, audientiam cui facere, respondere legatis* vel *consulentibus*; v. Wyttenb. ad Plut. praec. sanit. tuend. p. 125 B.

p. 16, 16. πειρωμένη] πειρομένη Bas. Tum Ald. Bas. μὴ δὲ ὀκνοῦντας.

p. 16, 17. τὸν Νῖνον] Ita edidi ex E. Vulgo τὸν Νίνον.

p. 16, 19. Βιλιστίχη] Ita edidi e mea conjectura tribus de causis. Vulgo Βελεστίη: E. Βελεστίη. Primum Athen. XIII. p. 576 E. F. haec habet: ὁ δεύτερος δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, Φιλάδελφος δ' ἐπίκλην — πλείστας ἔσχεν ἐρωμένας· Διδύμην μὲν, μίαν τῶν ἐπιχωρίων γυναικῶν, μάλ' εὐπρεπεστάτην τὴν ὄψιν, καὶ Βιλιστίχην, ubi cod. C. βιλιστύχην exhibet. ib. p. 596 E. Βιλιστίχη δ' ἡ Ἀργεία, ἑταίρα καὶ αὐτὴ ἔνδοξος, τὸ γένος ἀπὸ τῶν Ἀτρειδῶν σώζουσα, ὡς οἱ τὰ Ἀργολικὰ γράψαντες ἱστοροῦσιν. Tum Pausan. V. c. 8. Vol. II. p. 342. ed. Siebelis. συνέθεσαν δὲ ὕστερον καὶ συνωρίδα πώλων, καὶ πῶλον κέλητα· ἐπὶ μὲν δὴ τῇ συνωρίδι Βελιστίχην ἐκ Μακεδονίας τῆς ἐπὶ θαλάσσῃ γυναῖκα, Τληπόλεμον δὲ Λύκιον ἀναγορευθῆναι λέγουσιν ἐπὶ τῷ κέλητι· τοῦτον μὲν ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ τριακοστῆς τε καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, τῆς Βελιστίχης τὴν συνωρίδα Ὀλυμπιάδι πρὸ ταύτης τρίτῃ. Ibi cod. Vind. Βελιστιχίδην. Denique tertia causa est, quod infra Ἀφροδίτης Βελεστικῆς haud dubie corruptum est et necessario, si quid video, corrigendum est Ἀφροδίτης Βελιστίχης. Nam si nomen illius meretricis fuisset Βελεστίη, hic scribere debebat Plutarchus Ἀφροδίτης Βελεστίης. Nunc vero quum in omnibus libris scriptum exstet Βελεστικῆς, haec corrupta scriptura ad veram perducit Βιλιστίχης, quanquam me non magnopere refragantem habebit, qui scribendum ducat Βελεστίχη et Ἀφροδίτης Βελεστίχης, quod Suidae auctoritate potest confirmari.

p. 16, 19. βάρβαρον ἐξ ἀγορᾶς γύναιον] v. supra ad p. 16, 5.

p. 16, 20. ἐπιγράψαντος] ἐπιτράψαντος Ald., ἐπιτρέψαντος Bas.

p. 16, 21. βασιλέως, Ἀφροδίτης] Wyttenb. jure delevit, quod vulgo post βασιλέως comparebat καὶ, cum B. E. Mez. quod intellexerat jam Reisk. qui dicit: „καὶ delend. In sequentibus genitivis subauditur τοῦτο ἱερόν ἐστι." καὶ Stephanus sumserat e Leonic. Schott. Ejus loco Ald. Bas. Xyl. ἢ habent.

p. 16, 21. Ἀφροδίτης Βιλιστίχης] Ita scribendum esse, supra docui. Vulgo Ἀφροδίτης Βελεστικῆς. Conjecturae meae veritatem adstruent haec exempla. Athen. VI. p. 253 B. καὶ Θηβαῖοι δὲ κολακεύοντες τὸν Δημήτριον, ὥς φησι Πολέμων ἐν τῷ περὶ τῆς ποικίλης στοᾶς τῆς ἐν Σικυῶνι ἱδρύσαντο ναὸν Ἀφροδίτης Λαμίας.

αἰσχύνῃ. τοῦτό τοι καὶ Σοφοκλῆς αἰνίττεται ἐν τῇ Τυροῖ τῷ δράματι· πεποίηται δέ οἱ αὐτῇ λέγουσα, καὶ ἃ λέγει, ταῦτά ἐστι·

Κόμης δὲ πένθος λαγχάνω πώλου δίκην,
ἥτις συναρπασθεῖσα βουκόλων ὕπο
μάνδραις ἐν ἱππείαισιν ἀγρίᾳ χερὶ
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο,
σπασθεῖσα δ' ἐν χειμῶνι ποταμίων ποτῶν
ἴδῃ σκιᾶς εἴδωλον αὐγασθεῖσ' ὑπὸ
κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης·
φεῦ, κἂν ἀνοικτίρμων τις οἰκτείρειε νιν
πτήσσουσαν αἰσχύναισιν οἷα μαίνεται
πένθουσα καὶ κλαίουσα τὴν πάρος φόβην.

Ib. II. 10. Μάλιστα δὲ κομῶσα ἵππος ἁβροτάτη τέ ἐστι καὶ θρυπτικωτάτη· ἀτιμάζει γοῦν ἀναβῆναι τοὺς ὄνους αὐτήν, ἵππῳ δὲ γαμουμένη ἥδεται καὶ ἑαυτὴν ἀξιοῖ τῶν μεγίστων· ὅπερ οὖν ξυνειδότες οἱ βουλόμενοι ἡμιόνους σφίσι γενέσθαι, ἀποθρίσαντες τῆς ἵππου τὴν χαίτην εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν, εἶτα μέντοι τοὺς ὄνους ἐπάγουσιν· ἡ δὲ ὑπομένει τὸν ἄδοξον ἤδη γαμέτην, πρῶτον αἰδουμένη· καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἔοικε μεμνῆσθαι τοῦ πάθους. coll. ib. XII, 6. Dio Chrysosth. Or. 35. T. II. p. 67. Xenoph. de re equestr. c. 5. ibiq. Jacobs. p. 137. ἱππόθορον vocabant ejusmodi carmen, quod equas hac in re incitaret. Plut. Symp. Quaest. VII, 5. p. 704 F. ἵπποις δὲ μιγνυμέναις ἐπαυλεῖται νόμος, ὃν ἱππόθορον ὀνομάζουσιν. vide Wyttenb. ad Plut. praec. conjug. p. 138 B.

p. 16, 30. ποταμὸν ἢ λίμνην] Ita scripsi e B. E. Vulgo ποταμὸν καὶ λίμνην.

p. 16, 31. ὀκαλλῇ] ἀκαλῇ Ald. Bas.

p. 16, 31. φριμάγματα] Ita edidi e B. Ald. et E. in quo est τὰ φρ ματα, ita ut sit lacuna quatuor literarum capax. Vulgo φρυάγματα. Herodot. III, 87. de equo τὸν δὲ αἰσθόμενον φριμάξασθαί τε καὶ χρεμετίσαι. Vide Schaefer. ad Dionys. Halic. de V. C. p. 195. Jacobs. Anthol. Pal. p. 518. T. III. Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 1 C.

p. 18, 2. αἱρεῖσθαι] ὡρεῖσθαι Ald. et postea πρὸς ἀρετὴν pro πρὸ ἀρετῆς, et φεύγει pro φεύγειν.

p. 18, 4. ὠχυρωμένῳ] Reisk. mavult ὠχυρωμένην.

p. 18, 4. γράφων ἐκέλευε] ἐκέλευε ex hoc versu in proximum deferendum, ut sit: γράφων ποιεῖν — λεπτὸν, ἐκέλευεν, ὅπως ὑφαιρῇ. Magis tamen Graecum esset ἐκέλευεν ὑφαιρεῖν. REISKIUS. Nihil loco suo movendum est. Plutarchum saepissime post verba *precandi*, *suadendi*, *jubendi*, *decernendi* usum esse particula ὅπως cum conjunctivo vel optativo, bene multis allatis exemplis observavit Held. ad Plut. Timol. c. XXII. p. 439 sq.

p. 18, 5. ὑφαιρῇ τὰς εὐπορίας] Plut. vit. Sull. c. XV. τρίβειν χρόνῳ τὸν πόλεμον καὶ τὰς εὐπορίας αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι.

p. 18, 7. πενιχρὰν] πενίχραν Ald. Bas.

p. 18, 9. τῷ ἤθει] ἦθος est Plutarcho id quod *moribus ac personae alicujus convenit*, *affectus morumque significatio*, quem hodie vulgo *characterem* dicunt, notatque affectus lenes, ut πάθος vehementes, praecipue vero *bonos mores* significat, interprete Wyttenb. ad Plut. de aud. poet. p. 20 E. coll. eodem ad de disc. adul. ab amic. p. 66 B. Sic Latinis *mores* saepe sunt *boni mores*. v. Schmidt. ad Hor. Epistol. I. p. 29.

p. 18, 10. ἄγεται] Aptissimum elegit vocabulum Plutarchus propter institutam antea comparationem, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ ῥοπὴν τῷ ἤθει προστιθέντα. Nam verbum ἄγειν de *pendendo* usitatissimum. Soph. Electr. vs. 119.

μούνη γὰρ ἄγειν οὐκ ἔτι σωκῶ
λύπης ἀντίῤῥοπον ἄχθος.

ubi v. Hermann. Plut. de amic. mult. p. 96 B. καὶ οὐκ ἴσον ἄγει σταθμὸν ἐχθροῦ μνησικακία καὶ φίλου χάρις. de vitand. aere alieno p. 828 B.

p. 18, 10. καλῶς ἅμα καὶ συμφερόντως] Adscivi verissimam Reiskii emendationem pro vulg. καὶ ὡς ἅμα συμφερόντως. In eandem Wyttenb. incidit.

p. 18, 14. ἔνιοι τῶν Βάκχωνι] ἔνιαι τῶν βάκχων B. E. ἐνιῶ τῶν βάκχων Ald.

p. 18, 14. προσαναχρωννυμένων] προσαχρωννυμένων Ald. Bas. προσαναχρώννυσθαι est *cum aliquo ita consuescere, ut ab eo quasi corporis contactu ejus colorem suscipias*, igitur h. l. sensus: *qui cum Bacchone consuetudinem ac familiaritatem habent.* Vide Wyttenb. ad Plut. de aud. poetis p. 16 F. et de educ. puerorum p. 4 A. Casaub. ad Pers. Satir. I, 123.

p. 18, 15. ἐπιμεληθῆναι] ἐπιμεληθεῖναι Bas.

p. 18, 16. δυσκέραστα] Ita edidi e B. E. corrigendaque est annotatio textui subjecta. Vulgo δυσκέρατα. Reiskius conjecit δύσκρατα, quod Hutten. recepit. Plat. Politic. p. 310 D. ψυχὴ — ἀκέραστος τόλμης ἀνδρείας. Plut. de facie in orbe lunae p. 922 D. πρὸς πᾶσαν μὲν γάρ ἐστι ποιότητα καὶ δύναμιν εὐκέραστος ὑπὸ μανότητος.

p. 18, 17. φρύαγμα] φύαγμα Ald.

p. 18, 19. κυβερνήτου] κυβερνίτου Ald. Bas. De aoristo ἐτάραξε vide infra ad c. XVI. p. 759 F.

p. 18, 26. δυσχεραίνειν τῷ παρ' ἡλικίαν τοῦ γάμου] Plut vit. Demetr. c. XXVII. ἦν δὲ θαυμαστὸν, ὅτι τῆς Φίλας ἐν ἀρχῇ τὸ μὴ καθ' ἡλικίαν δυσχεραίνων, ἥττητο τῆς Λαμίας καὶ τοσοῦτον ἤρα χρόνον ἤδη παρηκμακυίας. Sed nonnunquam Graeci δυσχεραίνειν etiam cum dativo junxerunt; vide Ast. ad. Plat. Gorg. p. 28 sq. Tom. XI. Baehr. ad Plut. vit. Philopoem. p. 63 sq.

p. 18, 27. γιγνώσκοντας] Ita edidi ex E. Vulgo γινώσκοντας. Ald. γινώσκονται.

p. 18, 28. *Μεγάραν*] Apollod. Bibl. II. c. 6, 1. *μετὰ δὲ τοὺς ἄθλους Ἡρακλῆς ἀφικόμενος εἰς Θήβας Μεγάραν μὲν ἔδωκεν Ἰολάῳ.* Pausan. X. c. 29, 3. *ταύτην γυναῖκα ἔσχεν Ἡρακλῆς τὴν Μεγάραν καὶ ἀπεπέμψατο ἀνὰ χρόνον, ἅτε παίδων τε ἐστερημένος τῶν ἐξ αὐτῆς, καὶ αὐτὴν ἡγμένος οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι δαίμονι.* Diod. Sicul. IV. p. 153 B. p. 164 D. v. Hemsterhus. ad Schol. Luc. Dial. Deor. XIII.

p. 18, 28. *Ἰολάῳ*] *ἰωλάῳ* Ald. Bas.

p. 18, 29. *ἔτη*] Omisi secundum E. *τότε*, quod vulgo inter *ἔτη* et *γεγενημένην* legebatur et mirum quantum displicet propter proxima *ἑκκαιδεκαέτει τότε ὄντι.*

## Caput X.

p. 18, 31. *τοῦ Πεισίου ἑταῖρον*] Ante Wyttenb. legebatur *τοῦ Πεισία ἑταῖρον.* Tacite ille correxit *Πεισίου*, quod etiam libri scripti videntur habere, cum ex iis nulla sit enotata varietas. Vide Ellendt. Arrian. I. p. 83. Reisk. conjecit *τῷ Πεισ.*

p. 18, 32. *ὡς ἔοικεν, αὐτὸν μὲν*] Ita mutavi vulgatum verborum ordinem *αὐτὸν μὲν, ὡς ἔοικεν*, secundum E.

p. 18, 35. *καὶ συνερῶντας αὐτῇ*] Temere haesit Wyttenb. in *συνερῶντας*, conjiciens *συνεργάζοντας*. Sensus enim est: *arcessens juvenes, qui amori suo faverent.* Plut. vit. Alex. M. c. XLI. *Εὐρύλοχος Αἰγαῖος ἀνέγραψεν ἑαυτὸν εἰς τοὺς νοσοῦντας, εἶτα φωραθεὶς ἔχων οὐδὲν κακὸν, ὡμολόγησε Τελεσίππας ἐρᾶν, καὶ συναπακολουθεῖν ἐπὶ θάλασσαν ἀπιούσης ἐκείνης, ἠρώτησε, τίνων ἀνθρώπων ἐστὶ τὸ γύναιον· ἀκούσας δ᾽, ὅτι τῶν ἐλευθέρων ἑταιρῶν· Ἡμᾶς μὲν, εἶπεν, ὦ Εὐρύλοχε, συνερῶντας ἔχεις —.*

p. 18, 36. *μεταπεμψαμένη*] *μεταπεμψαμένου* Ald.

p. 18, 36. *συγκροτήσασα*] *συγκρατήσασα* B. E. Ald. Bas. De verbo *συγκροτεῖν* compares Jacobs. ad Achill. Tat. p. 518. 760. Bornemann. ad Xen. Conviv. p. 182. Held. ad Plut. vit. Aemil. Paul. p. 267. Simili significatu est Menandreum *ἀρτικροτεῖσθαι*, de quo v. Meinek. p. 279.

p. 18, 36. *παρεφύλαττε τὴν ὥραν*] Amat. Narrat. c. II. p. 773 A. *ἄπρακτος δὲ ἀναχωρήσας παρεφύλασσε τὴν πανήγυριν τῶν Ἰσθμίων.* De verbo *παραφυλάσσειν* vide Held. ad Plut. vit. Timol. p. 349.

p. 18, 37. *ἣν ὁ Βάκχων ἔθος εἶχεν*] F. *εἰώθειν*. Si *κοσμίως* abesset, posset vulgata servari, *qua necesse erat ipsi praeterire.* REISKIUS. Vulgo enim legebatur *ἣν ὁ Βάκχων εἶχεν.* Sed locum in integrum restitui, recepto *ἔθος* ante *εἶχεν* ex E. Wyttenb. in Indic. II. p. 1702. vulgatam mire explicavit, *ἣν ὥραν ἔχει ἀπιὼν qua hora solet abire.* De accusativo *ἣν* vide Elmslej. ad Eur. Bacch. vs. 722. G. Dindorf. ad Arist. Acharn. vs. 23.

p. 18, 37. *εἰς παλαίστρας*] Ita reposui e B. E. Vulgo *εἰς παλαίστραν.* Supra c. II. *ἡσυχῇ πως φιλοσοφοῦντες ἐν ταῖς παλαίστραις καὶ διὰ τῶν θεάτρων ἀλλήλοις συνῆσαν.* De *κοσμίως* vide infra ad c. XXI. p. 768 A.

p. 20, 1. προσήει] προσήκει Ald. Bas.

p. 20, 1. ἢ τριῶν ἑταίρων] ἑταίρων adjeci ex E.

p. 20, 4. τῇ διβολίᾳ] διβολίδι. Vestis genus erat δίβολος et διβολὶς sic dicta, seu quod duplicata esset, seu quod gemini coloris, vel striata. REISKIUS. Reiskii conjectura plane supervacanea, nec potest omnino vestimenti genus intelligi, quia praecedit ἐν τῇ χλαμύδι. Potius διβολία est i. q. δίβολος περόνη, *fibula duplicem habens acum, quae vestem mordet.* Anal. Br. II. 41. nr. 3. (Anth. Pal. VI, 282.) vs. 3. ubi Callicles, qui ex ephebis excessit, gymnasticam supellectilem dedicat Mercurio,

καὶ δίβολον περόναν, καὶ στλεγγίδα καὶ τὸ τανυσθὲν
τόξον καὶ τριβακὴν γλοιοπότιν χλαμύδα.

Plut. vit. Mar. c. XXV. ἀκόντισμα δ' ἦν ἑκάστῳ διβολία· συμπεσόντες δὲ μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις. Ita dederunt Schaef. et Coraes e Reisk. conjectura. Vulgo διβόλια erat. Recte autem Schaefer. (T. V. p. 100.) explicat: *jaculum cuspidem habens bifurcam.* Eurip. Rhes. vs. 351.

δίβολον τ' ἄκοντα πάλλων.

Pollux VII, 33, 157. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ἔφη

καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολιῶν ἀκοντίων.

coll. ibid. X, 31, 144.

p. 20, 6. περικύκλῳ] περὶ κύκλῳ, duobus vocabulis, per tmesin sic dixit pro κύκλῳ περιδραμόντες. REISKIUS. Plat. Phaed. p. 112 E. τυγχάνει δ' ἄρα ὄντα ἐν τούτοις τοῖς πολλοῖς τέτταρ' ἄττα ῥεύματα, ὧν τὸ μὲν μέγιστον καὶ ἐξωτάτω ῥέον περὶ κύκλῳ ὁ καλούμενος Ὠκεανός ἐστι, ubi Heindorfio admirationi fuit περὶ κύκλῳ et conjecit πέριξ κύκλῳ. Sed vide Lobeck. ad Phryn. p. 9. Bernhardy. Synt. p. 260. Etiam in Platonis loco scribendum opinor περικύκλῳ. Voc. περίκυκλος Schneiderus in Add. ad Lexic. p 142. citat e Greg. Naz. Carm. 63. T. II. p. 148 D. coll. Wernick. ad Tryphiod. p. 85. Adde K. Lehrs de Aristarchi Studiis Homericis p. 118.

p. 20, 12. οὐδείς] οὐθεὶς B. E. — Ceterum similis orationis forma in Plut. vit. Philopoem. c. X. κραυγὴ μὲν ἄπιστος τὸ μέγεθος διὰ χαρὰν ἐχώρει μέχρι θαλάττης, ὀρθὸν δ' ἀνειστήκει τὸ θέατρον, οὐδεὶς δὲ λόγος ἦν τῶν ἀγωνιζομένων.

## Caput XI.

p. 20, 15. προσελάσας] προσελάσαι Ald.

p. 20, 16. τεταραγμένος] Ita edidi ex E. Vulgo τεταραγμένως. Ald. τεταρασσαμένως.

p. 20, 16. ἥρπακεν] Ita reposui ex B. E. Vulgo ἥρπασεν. Vide Wyttenb. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 48 C.

p. 20, 19. *θνητὰ δ᾽, ὦ γύναι, φρονεῖς*] *δὲ* versus non tolerat: et *φρονεῖς*, nisi interrogative legas, sensui videtur repugnare. *δὴ* ac *φρονεῖ* malim. XYLANDER. L. *δὴ* ob metrum. Et sic quoque Salmasius. *humana instituis*, id est agis non laudanda quidem, attamen ab humana imbecillitate non aliena. Alias cogitari possit *δεινὰ δή*. REISKIUS. *θνητὰ δὴ γύναι*] Ita cum Xyl. pro vulgato *θνητὰ δὲ γύναι*. Forte verum sit, *θνητά γ᾽ ὦ γύναι*. B. E. quidem habent *ὦ*. WYTTENBACHIUS. Vulgo legebatur *θνητὰ δὲ γύναι*, quo sane metrum pessumdatur. Veram scripturam restitui e B. E. in quibus est *θνητὰ δὲ ὦ γύναι*. Sed fortasse comma post *χλιδῶσα* delendum est, ut *δέ* post tertiam demum vocem illatum censeatur, de quo vide Meineck. ad Menand. p. 7. Ast. ad Plat. Gorg. p. 339. T. XI. Xylandri *δὴ* probaverunt etiam Grot. Exc. p. 421. Aug. Matthiae Fragm. Eurip. p. 394. et Hutten. h. l. Conf. Eur. Alcest. vs. 809.

*ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.*

p. 20, 20. *ὦ θεοὶ*] *ὢ θεοὶ* E.

p. 20, 20. *τί πέρας ἔσται*] Eur. Hippol. vs. 936. 7.

*φεῦ τῆς βροτείας, ποῖ προβήσεται, φρενός;*
*τί τέρμα τόλμης καὶ θράσους γενήσεται;*

p. 20, 22. *βαδίζειν*] Infinitivum restitui e B. E. Ald. Bas. Vulgo *βαδίζω*.

p. 20, 24. *τί τοιοῦτον ἡ Λῆμνος;*] sc. *ἔδειξε* s. *ἤνεγκε*. Infra *νεανικὸν μὲν — τὸ τόλμημα καὶ Λήμνιον ὡς ἀληθῶς — σφόδρα ἐρώσης γυναικός*. *Λήμνιον κακόν* prov. de *malo gravissimo et atrocissimo*, quod Lemniae mulieres perhibebantur una nocte omnes viros necavisse. V. Stanlej. ad Aeschyl. Choeph. vs. 631. Intt. ad Herodot. VI, 138. Buttmann. ad Soph. Philoctet. vs. 783. O. Müller. Orchomen. p. 302 et p. 310. sed praecipue F. X. Werfer in diss. de Asclepiadae Tragilensis Tragoedumenon Reliq. in Act. Monac. T. II. F. IV. p. 523 sq. et 528 sq.

p. 20, 25. *ἐκνενεύρισται*] i. e. *si urbs plane enervata, ejus nervi praecisi sunt*. Demosth. Or. Olynth. III. §. 31. *ὑμεῖς δ᾽ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι καὶ περιῃρημένοι χρήματα καὶ συμμάχους ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε.* Muson. ap. Stob. p. 84, 24. Gesn. *κατεαγότες ὑπὸ τῆς τρυφῆς καὶ ἐκνενευρισμένοι παντάπασιν.* Plut. de virt. morali p. 451 D. *οὐκ ἐκνευρίσας οὐδὲ ἐκτεμὼν παντάπασι τῆς ψυχῆς τὸ ὑπηρετικόν.* vit. Philop. c. XVI. *τότε μὲν οὖν ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων, ὥσπερ νεῦρα τῆς πόλεως ἐκτεμεῖν τῷ Φιλοποίμενι παρασχόντες, ἐγένοντο χειροήθεις καὶ ταπεινοί.* coll. Plat. de rep. III. p. 511 B. Pollux II, 5, 234. v. Casaub. Athen. I. c. 5. Bake ad Cleomed. p. 419. Dissen. ad Pind. Isthm. VII, 51. p. 600 sq.

p. 20, 26. *προάγοντος*] *προαγόντος* Ald.

p. 20, 28. *αὐτοὶ γὰρ ἴσμεν*] Ita edidi e conjectura certissima Mez., quam probavit etiam Wyttenb. eandemque proposuit G. Dindorf. ad Aristoph. Acharn. vs. 504. Vulgo *αὐτοὶ γὰρ ἴσμεν σφόδρα ἐρώσης γυναικός*. Sensus est:

*audax profecto et vere Lemnium est hoc facinus mulieris insano amore correptae. Soli enim sumus, ita ut Pisia remoto libere et aperte sententiam nostram proloqui possimus.* Plat. de legg. VIII. p. 836 C. περὶ δὲ τῶν ἐρώτων (αὐτοὶ γάρ ἐσμεν) ἐναντιοῦνται πανταπασιν. coll. Parmen. p. 137 B. de rep. I. p. 327 C. Phaedr. p. 236 C. Phileb. p. 16 A. Hipp. Maj. p. 363 A. Aristoph. Acharn. vs. 504. 5.

αὐτοὶ γάρ ἐσμεν οὑπὶ Ληναίῳ τ᾽ ἀγὼν
κοὔπω ξένοι πάρεισιν.

Thesmoph. vs. 472.

αὐταὶ γάρ ἐσμεν, κοὐδεμί᾽ ἐκφορὰ λόγου.

Xen. Conviv. IV, 25. δοκεῖ μοί γ᾽, ἔφη, ὡς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς εἰρῆσθαι, οὗτος καὶ πεφιληκέναι τὸν Κλεινίαν. Vide Ast. ad Plat. de legg. Vol. II. p. 406. Vulgata h. l. nullo pacto defendi poterit, nisi cum Reiskio, qui praeclare vitium sensit, aut ἴσμεν σφόδρα ἐρῶσαν τὴν γυναῖκα aut σύνισμεν σφόδρα ἐρώσῃ τῇ γυναικὶ scribendum ducas.

p. 20, 32. ἐξηυτομόληκεν] Vide Jacobs. ad Callistr. Imag. p. 689.

p. 20, 32. εἰς χεῖρας — γυναικός] Pro χεῖρας B. habet χῆρας (superscr. εἰ), E. χήρας, quod adeo non spernendum, ut genuina loci lectio mihi videatur esse: ἐξηυτομόληκεν εἰς χήρας καλῆς καὶ πλουσίας γυναικός. Plut. de Pyth. oracul. p. 405 C. ἐλάχιστα δὲ ἀκούσασαν εἰς ἀνδρὸς βαδίζειν. Quaest. Symp. II, 10. p. 643 C. εἰς καπήλου μὲν οὖν φοιτῶμεν ἑνὶ χρώμενοι μέτρῳ. Consol. ad Apoll. p. 109 A. τοῖς παρὰ τῶν Βοιωτῶν πεμφθεῖσιν εἰς θεοῦ. Apophthegm. reg. p. 182 B. σπουδάσαντος δὲ τοῦ νεανίσκου λαβεῖν κατάλυσιν παρὰ γυναικὶ χήρᾳ τρεῖς ἐχούσῃ θυγατέρας εὐπρεπεῖς. de animi tranq. p. 472 D. ἅμα καὶ κυνίδιον Μελιταῖον ἐν κόλπῳ χήρας γυναικὸς τιθηνούμενον. Hom. Il. II, 289.

ὥστε γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραι τε γυναῖκες.

Quanquam per se in vulgata non inest, quod reprehensione dignum sit. Plut. Flamin. c. XII. βασιλεῖς ὑφ᾽ ἑτέρων ἀδικούμενοι βασιλέων κατέφευγον εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας, coll. Aemil. Paul. c. XXVI.

p. 20, 33. μηδ᾽ ὑπονόει] μὴ δ᾽ ὑπονόει B. E.

p. 20, 34. καὶ γὰρ εἰ μὴ] Recte Wyttenb. γὰρ addidit e B. E. quod jam Xyland. requisivit. Sed is erravit in eo, quod scribendum judicavit καὶ γὰρ εἰ καὶ μή. καὶ γὰρ enim est *nam etiam,* v. Stallb. ad Plat. Symp. p. 31. Meinek. ad Menand. p. 343 sq.

p. 20, 34. φύσει τὸν τρόπον] Vide Jacobs. ad Achill. Tat. p. 842.

p. 20, 34. ἐμέ γ᾽ οὐκ ἂν ἀπεκρύψατο] Ita dedi e Mez. et partim Reisk. Vulgo ἐμὲ γοῦν ἀπεκρύψατο. Totum locum Xyland. et Reisk. ita constitutum volebant ἐμὲ γοῦν οὐκ ἂν ἀπεκρύψατο.

p. 20, 35. τῶν τ᾽ ἄλλων μεταδιδοὺς] Ita correxi vulgatam τῶν τελῶν μεταδιδοὺς cum Xyland. Mez. et Reisk.

p. 22, 1. καθ' Ἡράκλειτον] Heracliteae sententiae praeter hunc locum bis Plutarchus mentionem facit, de ira cohib. p. 457 D. τὸ δ' ἐν ψυχῇ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τρόπαιον (ᾧ χαλεπὸν εἶναι διαμάχεσθαί φησιν Ἡράκλειτος· ὅ, τι γὰρ ἂν θέλῃς [scr. θέλῃ, vel θελήσῃ], ψυχῆς ὠνεῖται) μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος, et non nominato auctore vit. Coriol. c. XXII. οὐ μὴν ἀλλὰ μέγεθός τι φρονήματος ἔχοντα τὸν Τύλλον ὁρῶν, καὶ μάλιστα δὴ Οὐολούσκων ἐπιθυμοῦντα Ρωμαίους λαβὴν παρασχόντας ἐν μέρει κακῶσαι, μαρτυρίαν ἀπέλιπε τῷ εἰπόντι· θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν· ὃ γὰρ ἂν θέλῃ, ψυχῆς ὠνεῖται. Aristot. Polit. V, 11. καθάπερ καὶ Ἡράκλειτος εἶπε χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι· ψυχῆς γὰρ ὠνεῖσθαι. coll. Eth. Nicom. II, 2. Eudem. II, 7. Jamblich. Protrept. p. 140. Vide Schleiermacher. de Heraclito in Wolfii et Buttmanni *Museum der Alterthumswissenschaft* Vol. I. p. 505. De ψυχῆς v. Toup. ad Longin. p. 239. — Tum Ald. Bas. ὅτι γὰρ ἂν θελήσῃ.

p. 22, 4. θεία τις] θειά τις B. E. θεῖά τις Ald. Bas.

p. 22, 4. τὴν ἄνθρωπον] τὸν ἄνθρωπον Ald. Bas.

p. 22, 5. ἐπίπνοια] Ita Wyttenb. restituit e B. E. pro vulg. ἐπίνοια.

## Caput XII.

p. 22, 6. ὁ Πεμπτίδης] Ita Wyttenb. edidit e Bas. Xyl. et habet etiam E. Πεμπίδης habet Ald. et B. (nam E. falso Wyttenb. retulit, dare Πεμπίδης) Vulgo Πεμπτίδιος, quod Leonico debetur.

p. 22, 7. ἱερὰν] De ἱερὰ νόσος vid. Aretaeus de caus. diuturn. affect. I, 4. Heraclitus ap. Diog. Laert. IX, 7. τὴν οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε. Haud scio an Pemptides Cynicorum respiciat doctrinam, qui amorem morbum dixerunt esse. Clem. Alexandr. Strom. II. p. 175. Sylb. ἐγὼ δὲ ἀποδέχομαι τὸν Ἀντισθένην τὴν Ἀφροδίτην λέγοντα, κἂν κατατοξεύσαιμι, εἰ λάβοιμι, ὅτι πολλὰς ἡμῶν καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας διέφθειρεν· τόν τε ἔρωτα κακίαν φησὶ φύσεως· ἧς ἥττους ὄντες οἱ κακοδαίμονες θεὸν τὴν νόσον καλοῦσιν· δείκνυται γὰρ διὰ τούτων ἡττᾶσθαι τοὺς ἀμαθεστέρους δι' ἄγνοιαν ἡδονῆς, ἣν οὐ χρὴ προσίεσθαι, κἂν θεὸς λέγηται, τουτέστι, κἂν θεόθεν ἐπὶ τὴν τῆς παιδοποιΐας χρείαν δεδομένη τυγχάνῃ.

p. 22, 7. καλοῦσιν] καλοῦσι Ald. Bas.

p. 22, 10. ὄφεως] Vide Böttiger. *Ideen zur Kunst-Mythologie* p. 56 sq.

p. 22, 12. ἀνδρωνῖτιν] ἀνδρωνίτιν B. Ald. Bas. Iidem postea γυναικωνίτιν pro γυναικωνῖτιν.

p. 22, 13. ὑπερφυὲς καὶ θεῖον ἀγαθόν] Ante ὑπερφυὲς Mez. et Reisk. requirunt ὡς, quo non videtur esse opus. Vide Matth. Gr. p. 803. Held. ad Plut. Aemil. Paul. p. 248.

p. 22, 13. εἰ τηλικαύτην] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Vulgo ἐπεὶ τηλ., quod Schott. et Leonico videtur acceptum referendum. Ald. ἐπὶ τηλ.

p. 22, 15. ὑπὸ τούτων] Reisk. conjecit ὑπὸ τούτων ὁρῶν αὐξανόμενον.

p. 22, 18. ἀπεφήναντο] ἀπεφήνατο B. ἀπεφήναντο Ald. Bas.

## Caput XIII.

p. 22, 20. Πεμπτίδου] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Bas. Xyl. Vulgo Πεμπτιδίου.

p. 22, 20. ἀρξαμένου τι] ἀρξαμένου τί B. E.

p. 22, 21. μεταπεμπομένης] μεταπεμπομένοις Ald.

p. 22, 22. ἐπέτεινε] De intransitiva vi h. v. vid. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 810. et ad Aelian. H. A. p. 217.

p. 22, 24. πολυπραγμονεῖν οὐκ ἐῶντος] Plut. vit. Alexandri M. c. XXXIX. τῇ δὲ μητρὶ πολλὰ μὲν ἐδωρεῖτο καὶ κατέπεμπεν, οὐκ εἴα δὲ πολυπραγμονεῖν οὐδὲ παραστρατηγεῖν.

p. 22, 25. Πεμπτίδην] Putes, Πεμπτίδιον exarandum esse; verum terminatio ης et ιος idem valet, atque promiscue usurpatur. REISKIUS.

p. 22, 26. ἅπτεσθαι] ἅπεσθαι Ald. ἅπτεται Bas.

p. 22, 26. παραβόλου πράγματος] De παράβολος *audax*, *temerarius*, *repentinus*, vide Wyttenb. ad Plut. de disc. adul. ab amico p. 67 E. Meinek. ad Menand. p. 227.

p. 22, 27. τὰ ἀκίνητα κινεῖν] *non movenda movere* prov. de iis, qui sacra, aras, heroa, terminos tangunt et omnino nefaria patrant. Plat. de legg. III. p. 684 E. ὡς ἐπιχειροῦντι δὴ νομοθέτῃ κινεῖν τῶν τοιούτων τι πᾶς ἀπαντᾷ λέγων, μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα. ib. VIII. p. 843 A. Theaet. p. 181 B. Herodot. VI, 134. Thucyd. I, 143. II, 24. VI, 70. Soph. Antig. vs. 1047. Oed. Col. vs. 630 et 1523. Plut. de Iside et Osir. p. 359 F. coll. de def. orac. p. 435 E. τῷ πιθανῷ τοῦ λόγου καλλωπιζόμενος ἀναιρεῖν τι καὶ κινεῖν τῶν ἀληθῶς καὶ θείων περὶ τοῦ θείου νενομισμένων. Neque abludit versus incerti cujusdam tragici, quem saepius citat Plutarchus (de rect. aud. rat. p. 43 E. de ira cohib. p. 456 C. de comp. vitiorum p. 501 A. de garrul. p. 503 D. Sympos. III. p. 657 C.)

κινοῦσα χορδὰς τὰς ἀκινήτους φρενῶν.

Vide Göttling. ad Hesiod. p. 197. Weichert. de Helvio Cinna Comment. II. p. 9 sq.

p. 22, 28. ἡ πάτριος καὶ παλαιὰ πίστις] ἡ πάτριος — Ald. πάτριον est *quod jamdudum invaluit et communi omnium civium persuasione receptum est.* Aristot. de mundo VI, 15. ἀρχαῖος λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκε. Plut. Symp. Quaest. V, 3. p. 676 E. τὴν πίτυν πάτριον καὶ παλαιὸν δὴ στέμμα τῶν Ἰσθμίων σεμνύνοντες. de occulte viv. p. 1130 A. ὅθεν δὴ τὸν μὲν ἥλιον Ἀπόλλωνα κατὰ τοὺς πατρίους καὶ παλαιοὺς θεσμοὺς νομί-

ζοντες Δήλιον καὶ Πύθιον προσαγορεύουσι. Vide Wyttenb. ad Plut. praec. conjug. p. 138 B. Lobeck. Aglaopham. II. p. 800. Held. ad Plut. Aemil. Paul. p. 142.

p. 22, 30. οὐδ᾽ εἰ δι᾽ ἄκρας] Ita emendavi e B. E. et ex ipso Euripide vulgatam οὐ δι᾽ ἄκρας, pro qua Xyland. et Reisk. maluerunt οὐ γὰρ δι᾽ ἄκρας. Eurip. Bacch. vs. 200 sq.

Οὐδὲν σοφιζόμεσθα τοῖσι δαίμοσι.
πατρίους παραδοχὰς, ἅς θ᾽ ὁμήλικας χρόνῳ
κεκτήμεθ᾽, οὐδεὶς αὐτὰ καταβαλεῖ λόγος,
οὐδ᾽ εἰ δι᾽ ἄκρων τὸ σοφὸν ηὕρηται φρενῶν.

De quo loco scite observavit Valcken. Diatr. p. 37 C. 38 A. „*Post obitum poetae demum actis, Bacchabus insunt Euripidis non pauca, quibus receptam civibus suis religionem videri voluit tueri; editamque fabulam a poeta, ut impietatis a se crimen amoveret suspicabatur amicus elegantissimus S. Musgravii Emend. in Eurip. p. 151. Istorum unum adhibuit perdoctus defensor patriae superstitionis Plutarchus* l. c. B. *in iis quae deos spectant*, ἀρκεῖ *etc. — in his syllaba fuit elisa a vicina: corrigendum enim*, οὐδ᾽ εἰ δι᾽ ἄκρας." Minus probo, quod tum idem corrigere voluit δι᾽ ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν. Ceterum ἄκρα φρήν sensu contrario dictum ab Aeschylo Agamemn. vs. 778 sq.

νῦν δ᾽ οὐκ ἀπ᾽ ἄκρας φρενὸς, οὐδ᾽ ἀφίλως
εὔφρων πόνον εὖ τελέσασιν,

i. e. *non ex superficie mentis, sed ex ima mente sincere*, ut explicat recte Blomfieldius.

p. 22, 31. ἕδρα τις αὕτη καὶ βάσις] αὕτη cum Wyttenb. adjeci e B. (de quo Wyttenb. tacet) et E. ἕδρα καὶ βάσις int. *firma sedes et stabile fundamentum*, ut Plut. Quaest. Symp. I, 8, 2. p. 625 F. de def. orac. p. 436 A. οἷον εὐθὺς ἡ περιβόητος ἐνταῦθα τοῦ κρατῆρος ἕδρα καὶ βάσις, ἣν Ἡρόδοτος ὑποκρητηρίδιον ὠνόμασεν. ἕδρα καὶ στάσις Quaest. Symp. I, 2, 2. p. 616 B. coll. Lobeck. Phryn. p. 283. Plutarchus de Roman. fortun. p. 317 C. ἕδραν ἔσχε τὰ μέγιστα καὶ ἀσφάλειαν.

p. 22, 32. ἐφ᾽ ἑνός] Reisk. mavult ὑφ᾽ ἑνός.

p. 22, 32. ταράττηται] ταράττεσθαι Ald.

p. 22, 33. ὕποπτος] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Mez. pro vulgato ὑπόπτως. Illud etiam Reisk. suaserat.

p. 22, 34. ἐθορυβήθη] Plat. Protag. p. 319 C. οὐδέν τι μᾶλλον ἀποδέχονται, ἀλλὰ καταγελῶσι καὶ θορυβοῦσιν, ἕως ἂν ἢ αὐτὸς ἀποστῇ ὁ ἐπιχειρῶν λέγειν καταθορυβηθείς.

p. 22, 34. τῆς Μελανίππης ἐκείνης] ἐκείνης, quod vulgo aberat, adjeci e B. E. Inscripsit enim illam fabulam Euripides *ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ Η ΣΟΦΗ*. Dionys. Halic. rhetor. c. 9. Vol. V. p. 354. Reisk. Ἡ Μελανίππη ἡ σοφὴ, τὸ

δρᾶμα Εὐριπίδου, ἐπιγέγραπται μὲν σοφὴ etc. coll. Schol. ad Aristoph. Ran. 1275. et 100.

p. 22, 55. Ζεύς, ὅστις ἐστὶν — οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ] Vulgo vehementer corruptus hic Euripidis versus legebatur: Ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν ἐγώ. Wyttenb. in textu quidem intactam reliquit vulgatam, nisi quod λόγῳ e B. E. edidit pro ἐγώ. Sed in adnotat. legendum dixit Ζεὺς ὅστις ἐστιν, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ Κλύων. Ad posteriorem versus partem quod attinet, necessario emendandum est, ut sensus aptus efficiatur, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ, et habet sic codex optimus E. quod fugit Wyttenbachium. Sed initium versus, quo pacto emendari oporteat, dubium est. Equidem reposui Ζεύς, ὅστις ἐστὶν — quod in adnotatione male dixi, a Porsono propositum esse. Valckenarii enim in Diatr. p. 36 A. ad auctoritatem provocare debebam. Lucian. Jupiter tragoed. c. 41.

Ζεύς, ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεύς· οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ
κλύων.

coll. Athenag. p. 23. Justin. Mart. p. 41 E. Unde Porsonus ad Eur. Orest. 412. ejecto ἐστιν, versum restituisse sibi visus est, conferens Herc. Fur. 1264.

Ζεὺς δ' ὅστις ὁ Ζεύς, πολέμιον μ' ἐγείνατο
Ἥρᾳ.

Sed oblocutus est Porsono Blomfield. in Glossar. ad Aeschyl. Agam. vs. 155 et jure quidem. Nam propterea ex mea sententia Euripides hoc scripto versu in impietatis crimen incurrit, quod formulam illam in precibus faciundis solennem, de qua exposui ad Plat. Euthyd. p. 69, in alienum sensum detorserit, ut naturam et vim divinam in dubitationem vocaret. Cum Porsono facit Matthiae in Fragm. Eurip. p. 213. Ceterum κλύων non videtur ab Euripide profectum esse, si quidem colligere licet e Greg. Cor. comm. in Hermog. in Reisk. Orat. Gr. T. VIII. p. 949. initium Melanippae hoc fuisse

Ζεύς, ὅστις ἐστίν, (οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ)
Ἕλλην' ἔτικτε — —

p. 24, 1. μεταλαβὼν δι' ἐχθρὸν ἄλλον ἐθάῤῥει] Versus, quos deinde emendarit Euripides, depravati sunt. Credo, ita scriptum fuisse: Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν ἔχω γε μεταλαβὼν Δι' ἐχθρὸν — — — καίτοι ἄλλως ἐθάῤῥει, ut prioribus versibus in dubium vocaverit Jovem, suum inimicum. XYLANDER. F. Ζεὺς (καὶ γὰρ vel εὖ γὰρ οἶδα τὴν ἀλήθειαν ἐγώ). μεταλαβὼν δὲ ἐχθρὸν ἄλλον ἐξ ἄλλου οὐκέτ' ἐθάῤῥει τῷ δράματι, καίτοι τἄλλα γεγραμμένῳ. — ἤλλαξε δὲ τὸν στίχον. *quia vero alium ex alio inimicum adipiscebatur, propter id dictum arrogans visum, non amplius audebat, ut credibile est, versum hunc sic producere in scenam, quamvis alias fabula splendide esset scripta.* Tractavit hunc locum quoque Theodor. Canter. Var. Lect. I. REISKIUS. Forte, μεταλαβὼν δὲ ἀρχὴν ἄλλην ἐθάῤῥει — ἤλλαξέ τε τὸν στίχον. WYTTENBACHIUS. Wyttenbachii conjecturam a se probari, mihi per literas significavit G. Hermann. sed infra conjecit ἤλλαξε γὰρ τὸν στίχον. Sed gravius ulcus huic loco insidere videtur, quam ut leni medela tolli possit. Corrigo locum sic:

μεταλαβὼν δὲ ἐχθρὸν τὸν Ἄρειον πάγον, ὡς ἔοικε, τῷ δράματι — ut sensus sit: *cum vero Areopagum, ut narratur, inimicum fabulae diligentissime et splendidissime scriptae postea nactus esset, mutavit primum fabulae versum.* Nam Areum judicium severe animadvertisse in poetas et philosophos eos, qui impietatis rei acti essent, constat. Plut. de placit. philos. I, 7. p. 880 E. ταῦτ' ἔστι τὰ περὶ τοῦ μὴ εἶναι θεούς· καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον· ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον· τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρευσεν αὐτοῦ ταύτῃ τῇ γνώμῃ etc. Ipse Aeschylus vitae discrimen adiit, quod quaedam mysteria in fabulis suis evulgaverat. Clem. Alexandr. Strom. II. p. 166. Sylb. ὡς Αἰσχύλος τὰ μυστήρια ἐπὶ σκηνῆς ἐξειπὼν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς οὕτως ἀφείθη ἐπιδείξας αὐτὸν μὴ μεμυημένον. Vide Lobeck. Aglaoph. p. 77. Diog. Laert. II, 8, 15. 12, 5. Sauppius meus locum nostrum corruptum sic corrigere voluit: μεταλαβὼν δὲ χορὸν ἄλλον ἐθάῤῥει — ἀλλ' ἤλλαξε.

p. 24, 2. πανηγυρικῶς] Per tralationem πανηγυρικὸν dici in malam partem, quidquid colluvione multarum variarumque partium constitit, *studium placendi et inserviendi concionibus popularibus et pervulgatis seculi moribus*, observavit Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 6 A.

p. 24, 3. Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο] Versu correcto utitur Arist. Ran. 1244. Pleniorem locum habet Greg. Cor. comm. in Hermog. in Reisk. orat. gr. T. VIII. p. 949. ἐν δὲ τῇ Μελανίππῃ παρεισάγει ταύτην προοιμιαζομένην

Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε —

Idem versus est in Pirithoo fr. V. apud Musgr. quod jam monuit Gregorius p. 948. (Vol. VII. p. 1312. ed. Walz.)

ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ κεδνῇ πρὸς λέχος
Ζεύς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

Solet enim interdum Euripides in diversis tragoediis easdem iisdemque vocibus expressas sententias repetere. V. Valcken. Diatr. Eurip. p. 158 B. Bœckh. Gr. trag. princ. p. 248 sq. Matth. Eur. Fragm. p. 213. Lapsus enim est Bach. de Critiae Fragm. p. 81. qui proverbialem locutionem ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο fuisse credit.

p. 24, 5. εἰς ἀμφίβολον] Ita edidi ex E. Vulgo εἰς ἀμφιβολίαν. Plut. praec. reip. ger. p. 808 B. εἰς ἀσφαλὲς θεμένους τὰ μέγιστα τῶν κοινῶν. Vide Ellendt. ad Arrian. Exped. Alex. I. p. 9.

p. 24, 5. ἄδηλον] Reiskio suspectum et aliquid deesse videtur.

p. 24, 6. βωμὸν] βομὸν Ald. Bas.

p. 24, 6. ἔπηλυς] *a peregrinis illatus, adventicius.* Infra c. XVI. p. 758 E. ἑτέρα δ' ἐστὶν οὐκ ἀθείαστος οὐδὲ οἰκογενὴς ἀλλ' ἔπηλυς διάνοια. Gryll. p. 989 C. ἔχει δὲ καθάπερ ξένων ὄχλος ἔπηλυς ἐν δήμῳ, καταβιαζόμενος πρὸς τοὺς ἐγγενεῖς πολίτας.

p. 24, 7. ὥσπερ Ἄτται τινὲς] Ἄτται Ald. Bas. Male Reisk. conjecit Ἄττυες. Plut. vit. Sertor. c. I. δυεῖν Ἄττεων γενομένων. vit. Num. c. IV. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα πολλοῖς τῶν πάνυ παλαιῶν μύθων ἔοικεν, οὓς οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω καὶ Βιθυνοὶ περὶ Ἡροδότου καὶ περὶ Ἐνδυμίωνος Ἀρκάδες —. Pausan. VII, 17, 5. coll. I, 4, 5. Promiscue enim Graeci formis Ἄττυς et Ἄττης usi sunt, v. Hemsterh. ad Lucian. T. II. p. 283. ed. Bip. ad Dial. Deor. XII. 2. Jacobs. Anthol. Animadv. III. I. p. 398. Quod ad pluralem numerum Ἄτται καὶ Ἀδωναῖοι attinet, is explicandus est, ut in Plat. Symp. p. 218 A. καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας, Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀριστοφάνας. Vide Engelhardt. ad Menexen. p. 204. Bernhardy. Synt. p. 61. Sensus enim est: *Amor non est advena ab aliqua barbarica superstitione, ut Attes et Adonis, Cybeles et Veneris amasii, per semimares mulieresque invecti.* Nam quod dicit Plutarchus vit. Sert. c. I. ἐπεὶ δ' ἀγαπῶντες ἔνιοι τὰ τοιαῦτα συνάγουσιν ἱστορίᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν κατὰ τύχην γεγονότων, ὅσα λογισμοῦ καὶ προνοίας ἔργοις ἔοικεν, οἷον, ὅτι δυεῖν Ἄττεων γενομένων ἐμφανῶν, τοῦ μὲν Σύρου, τοῦ δ' Ἀρκάδος, ἑκάτερος ὑπὸ συὸς ἀπώλετο, id errori cuidam imputandum est, quum de Atti Arcade nihil constet. Si conjecturae hac in re locus datur, Plutarchus Attin propter sortis similitudinem cum Endymione Arcade videtur confudisse.

24, 7. Ἀδωναῖοι] Vix sanum est hoc nomen, quanquam Latini scriptores aliquoties Adonin vocant *Adoneum*, ut Plaut. Men. I, 2, 35. Appul. Met. II. p. 126. Th. Bergkius per literas mihi significavit, sibi videri scribendum esse Ἀδώνιον, coll. Bekk. Anecdot. I. p. 346. Ἀδώνιος Φερεκράτης εἶπεν ἀντὶ τοῦ Ἀδώνιδος· λέγει δὲ τὴν αἰτιατικὴν τὸν Ἀδώνιον· οὕτω δὲ καὶ Πλάτων (ejus fabulam Ἄδωνις memorat Athen. X. p. 456 A.) καὶ Κρατῖνος ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ ἕτεροι. Quae conjectura viri amicissimi omni modo videtur probanda esse.

p. 24, 7. ἀνδρογύνων] Vide Lobeck. ad Phryn. p. 185.

p. 24, 8. κρύφα τιμὰς] κρύφα τινὰς Ald.; τρύφας τινὰς Bas. omisso praecedente καὶ. Xyland. *ut libidine quadam inconvenienti fruatur.*

p. 24, 9. παρεισγραφῆς δίκην φεύγειν καὶ νοθείας τῆς ἐν θεοῖς] παρεὶς γραφῆς Bas. — παρεγγεγραμμένοι, παράγραπτοι dicebantur, qui pravis artibus et dolis in civium tabulas relati essent. Pollux III, 4, 55. κἂν δόξῃ πολίτης εἶναί τις, οὐκ ὤν, παρέγγραπτος, παρεγγεγραμμένος. ib. 57. κατὰ δὲ τῶν παρεγγεγραμμένων, ξενίας γραφή. VIII, 7, 64. διαψήφισις δὲ ἦν, τὸ τοὺς δημότας τὴν ψῆφον ὑπὲρ τῶν παρεγγεγράφθαι δοκούντων ἐνεγκεῖν. Vide C. Fr. Hermann. *Lehrbuch der griechischen Staatsalterthümer.* §. 123. nr. 14. p. 232. Plut. Quaest. Symp. VII, 6, 2. p. 707 F. ἐνταῦθα δὴ πῶς ἄν τις ἑαυτὸν μεταχειρίσαιτο, μὴ γνήσιος ὤν, μηδ' αὐτόκλητος, ἀλλὰ τρόπον τινὰ νόθος καὶ παρεγγεγραμμένος εἰς τὸ συμπόσιον. Haec igitur e jure Attico illustranda erant, sed praeterea nolo suspicionem meam supprimere, latere hic aliquot comici alicujus poetae, fortasse Aristophanis, versus, qui facili negotio erui possunt. Athenienses, qui novissima quaeque cupide amplectebantur, ad deos novos, quorum notitia e peregrinis terris allata esset, recipiendos et colendos admodum procli-

ves fuisse, inter omnes constat. Quod studium saepenumero comicis poetis reprehendendi levitatem Atheniensium ansam dedit. Strabo X. p. 470. Ἀθηναῖοι δ᾽ ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς· πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν, καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια etc. Cic. de legg. II, 15. *Novos vero deos, et in his colendis nocturnas pervigilationes sic Aristophanes, facetissimus poeta veteris comoediae, vexat, ut apud eum Sabazius, et quidem alii dii peregrini judicati, e civitate ejiciantur.* Fecit hoc Aristophanes in Avibus, Horis et Lemniis. Vide Fritzsch. de Daetalensibus Aristophanis p. 83.

p. 24, 11. καὶ φιλότης ἐν τοῖσιν ἴση] Hic Empedoclis versus asterisco notatus, integer facile fiet sic:

> Καὶ φιλότης ἐν τοῖσιν, ἴση μῆκος τε πλάτος τε
> Τὴν σὺ νόῳ etc.

Exstant apud Simplicium inter complures alios in commentariis in primum Aristotelis ἀκροάσεως φυσικῆς librum: et adscribam propter lectorem tres saltem continuo sequentes, qui confirmant ea, quae hic dicuntur:

> Ἥτις καὶ θνητοῖσι νομίζεται ἔμφυτος ἄρθροις,
> Τῇ τε φίλα φρονέουσ᾽, ἴδ᾽ ὁμοῖια ἔργα τελοῦσι,
> Γηθοσύνην καλέοντες ἐπώνυμον, ἠδ᾽ Ἀφροδίτην.

id est, me interprete:

> *Insita censetur mortalibus artubus isthaec:*
> *Qua duce mutuo amant, similes peraguntque labores:*
> *Laetitiae et Veneri de re nomen facientes.*

XYLANDER. Vulgo erat in nostro loco ἐν τοῖς ἴση, sed ἐν τοῖσιν ἴση restitui e B. E. De nostro loco disputat Sturz. de Empedocle Agrigentino p. 557. ad vs. 52. 53. (p. 514.) Apud Sext. Empiric. adv. Mathem. X, 317. Empedoclis versus sic afferuntur

> Νεῖκος τ᾽ οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντῃ,
> καὶ Φιλίη μετὰ τοῖσιν, ἴση μῆκός τε πλάτος τε.

Vide Ritteri Hist. Philos. I. p. 516 sq.

p. 24, 11. μῆκός τε] μῆκος τὲ B. E.

p. 24, 12. σὺ νόῳ] Ita jam Xylander. e Simplicio emendaverat, probante Reiskio, et nunc Wyttenb. proposuit. Vulgo σὺν νῷ. B. E. Ald. Bas. σὺν νόῳ exhibent.

p. 24, 12. δέρκου] δέρκευ in fragm. Sturz. l. c. restituit e Clem. Alex. Strom. V. p. 552 C. Simplic. ad Aristot. Phys. I. fol. 41 a.

p. 24, 12. μηδ᾽] μὴ δ᾽ B. E.

p. 38, 17. *παρὰ ἐραστὴν*] Ita reposui e B. E. Vulgo *πρὸς ἐραστήν.* Plut. Vit. Pelop. l. c. *δέον ἐραστὴν παρ᾽ ἐρώμενον τάττειν.* De sententia conf. Plat Sympos. p. 178 D. sqq. Xenoph. Cyrop. VII, 1, 30. Sympos. VIII, 32. ibiq. intt. Etiam Etruscis et Samnitibus hic mos receptus erat, ut vir virum in acie legeret, v. Liv. IX, 39. 40. ibiq. Drakenb. X, 38.

p. 38, 18. *ἵν᾽ οὕτω*] Ita reposui e B. E. Vulgo *ἵνα οὕτω.* Plat. Gorg. p. 505 E. *ἵνα μοι τὸ τοῦ Ἐπιχάρμου γένηται, ἃ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ὢν ἱκανὸς γένωμαι.*

p. 38, 19. *ἀσπὶς δ᾽ ἀσπίδ᾽*] Homer. Il. XIII. vs. 131.

*ἀσπὶς ἄρ᾽ ἀσπίδ᾽ ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ.*

Haec verba *ἀνέρα δ᾽ ἀνήρ*, consilio suo accomodatissima, cur omittere voluerit Plutarchus, plane non intelligo, ac suspicor equidem, culpa scribarum ea omissa esse, quum praesertim etiam in iis, quae statim subjiciuntur, lacunam, libris non testatam, ipsa sententia arguat.

p. 38, 20. *μόνον ἀήττητον ὄντα τῶν στρατηγῶν*] Locus male affectus. Wyttenbachius conjecit *ὡς τὸν Ἔρωτα μόνον ἀήττητον ὄντα τῶν στρατηγῶν.* Paulo audaciorem conjecturam periclitatus est Jacobsius ad Achill. Tat. p. 605. *ὡς μόνον ἀήττητον ὂν τὸ τῶν ἔρωτι ἐνόχων.* Equidem scribendum duco leniore adhibita medela: *ὡς τοιοῦτον μόνον ἀήττητον ὄντα τῶν στρατῶν. στρατῶν* jam Xylander proposuit pro *τῶν στρατηγῶν.* Hujus confusionis etiam alibi exstant exempla, v. Schaef. ad Plut. T. V. p. 67.

p. 38, 21. ἐγκαταλείπουσιν] Verbum ἐγκαταλείπειν, Plutarcho admodum familiare, quod est *derelinquere in ipso discrimine*, *deserere*, illustravit Held. ad Plut. vit. Aemil. Paul. p. 133.

p. 38, 21. ἐραστοῦ δὲ καὶ ἐρωμένου] ἐραστοῦ δὲ θ' ὧδε καὶ ἐρομένου B., ἐραστοῦ δὲ θωδὲ καὶ ἐρωμένου E., ἐραστοῦ δέ θ' ὧδες καὶ ἐρωμένου Ald. An forte scripsit Plutarchus: ἐραστοῦ δὲ ἐνθέου καὶ ἐρωμένου —? Plato Sympos. p. 178 E. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, οὐδεὶς οὕτω κακὸς ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν. coll. p. 180 B. Plut. vit. Pelop. c. XVIII. εἰκὸς οὖν καὶ τὸν λόχον ἱερὸν προσαγορεύεσθαι, καθότι καὶ ὁ Πλάτων ἔνθεον φίλον τὸν ἐραστὴν προσεῖπε.

p. 38, 23. μηδὲν] μηθὲν B. E.

p. 38, 23. ἐπῄει] ἐπῄει insertum e mea conjectura. Vulgo legebatur: ὅπου καὶ μηδὲν δεομένοις ἐπιδεικνύναι. Jam Xylander ἔπεισι vel tale quid deesse suspicatus. Reiskius, haud multum referre dicens, δεόμενοι an δεομένοις malis, conjecit ἐπιδείκνυνται idemque proposuit Mez.

p. 38, 23. ἐπιδεικνύναι] Wyttenb. ed. cum B. Ald. Bas. Steph. ἐπιδεικνῦναι. Sed E. et reliq. edd. ἐπιδεικνύναι.

p. 38, 23. καὶ φιλόψυχον] ἀφιλόψυχον haud dubie auctor scripserat, quod animae et vitae contemtum significat, de quo hic agitur, cuique adeo adversatur τὸ φιλόψυχον. XYLANDER. ἀφιλόψυχον, quod etiam Mez. et Reisk. placuit, non probaverim, quia admodum dubium est, num Graeci hac voce usi fuerint Equidem malim scribere καὶ μεγαλόψυχον.

p. 38, 24. τῷ τοίχῳ] τῷ τείχῳ Ald. Bas.

p. 38, 27. μὴ ὁ ἐρώμενος ἴδῃ] ἐρώμενος εἴδῃ vel ἴδῃ lego: nam ἤδη sententiam vitiat. XYLANDER. F. περιμεῖναι μικρὸν, ὅπως μεταστραφείη, ἵνα μὴ αὐτὸν ὁ ἐρώμενος ἴδῃ κατὰ νώτου τ. *inhibere tantisper ictum*, *donec se converterit in supinum situm*, *ne amatus se videat in dorso vulneratum*. Et sic quoque Xylander in versione reddidit. REISKIUS. Vulgo legebatur μικρὸν ὁ ἐρώμενος ἤδη κατὰ νώτου τ. Scripsi cum Mez. et vers. Xyl. μικρὸν μὴ ὁ ἐρώμενος ἴδῃ κατὰ νώτου τ. quod probavit etiam Wyttenb.; μή exhibet Bas. unde recepit Hutten. Plut. vit. Pelopid. c. XVIII. καὶ τοῦτο θαυμαστὸν οὐκ ἔστιν, εἴγε δὴ καὶ μὴ παρόντας αἰδοῦνται μᾶλλον ἑτέρων παρόντας, ὡς ἐκεῖνος ὁ τοῦ πολεμίου κείμενον αὐτὸν ἐπισφάττειν μέλλοντος, δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν διὰ τοῦ στέρνου διεῖναι τὸ ξίφος· ὅπως, ἔφη, μή με νεκρὸν ὁ ἐρώμενος ὁρῶν κατὰ νώτου τετρωμένον αἰσχυνθῇ.

p. 38, 29. τῶν ἐθνῶν] Reisk. mavult τῶν νῦν ἐθνῶν. — Inter gentes, amori masculo deditissimas recenset Plutarchus Boeotos Lacedaemonios et Cretenses, poterat etiam afferre Thessalos Eleos, Celtas et Persas. De *Thessalis* vide supra ad p. 36, 30. De *Eleis* v. Plat. Symp. p. 182 B. Xen. Symp. VIII, 34. de rep. Laced. II, 12. Plut. de educ. puer. p. 11 F. ibiq. Wyttenb. Apud eosdem certamina pulcritudinis instituta, testatur Theo-

phrastus ap. Athen. XIII. p. 609 F. De *Celtis* adi Athen. XIII. p. 602 F., de *Persis* Wesseling. ad Herodot. I, 135.

p. 38, 29. *Βοιωτοὶ καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ Κρῆτες*] De Lacedaemoniorum et Cretensium amore dicere supersedere possum post Müllerum *die Dorier* Vol. II. p. 290—297. De Thebanorum sacra cohorte v. Valcken. Callim. eleg. fragm. p. 219. Mehlhorn. Anthol. Lyr. p. 125. Jacobs. *Erziehung der Hellenen* p. 219.

p. 38, 30. *ὁ Ἀχιλλεὺς*] Super Achillis amore dictum est ad p. 8, 32. adde Jacobs. Animadv. Anthol. II. III. p. 102. Sed cur Meleagrum et Aristomenem Plutarchus hic memoraverit, causa non satis patet. Certe propter Atalantae amorem Meleager hic non poterat nominari.

p. 38, 30. *ὁ Κίμων*] Fortasse huc spectat, quod narrat Plut. vit. Cimon. c. IV. *Κίμων δὲ, μειράκιον παντάπασιν ἀπολειφθεὶς μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἔτι κόρης οὔσης καὶ ἀγάμου, τὸν πρῶτον ἠδόξει χρόνον ἐν τῇ πόλει, καὶ κακῶς ἤκουεν, ὡς ἄτακτος καὶ πολυπότης*, et paulo post *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅλως φαίνεται τοῖς περὶ τὰς γυναῖκας ἐρωτικοῖς ὁ Κίμων ἔνοχος γενέσθαι.* coll. Comp. Luculli cum Cim. c. I. Sophocles videtur amasius fuisse Cimonis, v. vit. Cim. c. VIII.

p. 38, 31. *ὁ Ἐπαμινώνδας*] Wyttenb. invitis omnibus libris edidit *ὁ Ἐπαμεινώνδας*. Sed vide Baehr. ad Plut. Philopoem. p. 52. Held. ad Timol. p. 103.

p. 38, 31. *ἔσχεν*] Ita edidi e B. E. Vulgo *ἔσχε*.

p. 38, 31. *Ἀσωπιχὸν*] Ita edidi e Reiskii conjectura. Vulgo *Ἀσωπικόν*. Athen. XIII. p. 605 A. *Θεόπομπος δ' ἐν τῷ περὶ περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων Ἀσώπιχόν φησι τὸν Ἐπαμινώνδου ἐρώμενον τὸ Λευκτρικὸν τρόπαιον ἐντετυπωμένον ἔχειν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, καὶ θαυμαστῶς αὐτὸν κινδυνεύνειν· ἀνακεῖσθαι δὲ τὴν ἀσπίδα ταύτην ἐν Δελφοῖς ἐν τῇ στοᾷ.* De Caphisodoro nihil constat.

p. 38, 32. *ὃς*] *ὃς* abest ab Ald. Pro eo dant *ὡς* Turn. Vulc. et Bong.

p. 38, 33. *τὸν δὲ μω * φοβερώτερον*] Haud scio, an emendandum *Ἐπαμεινώνδαν*: quod nomen iisdem de causis per *ει* scripsi, quibus alibi: licet hic libri servent simplex *ι*. WYTTENBACHIUS. Post *μω* in B. est lacuna sex literarum, in E. octo literarum, sed in versus fine. Amiot. et Ricard. expresserunt *Μῶλον* sine ulla idonea ratione. Locum non expedio.

p. 38, 33. *φοβερώτερον*] Reisk. mavult *φοβερώτατον*.

p. 40, 2. *ἔργον ἐστὶν*] *ἔργόν ἐστιν* E.

p. 40, 2. *διὰ πλῆθος*] Philostr. Heroic. p. 696. de Hercule *ἀγαπῆσαί τε αὐτὸν* (Nestora) *μᾶλλον ἢ τὸν Ὕλαν τε καὶ Ἄβδηρον· οἱ μὲν γὰρ παιδάρια ἦσαν καὶ κομιδῇ νέοι.* De Abdero vid. Philostr. Imag. II, 25. Apollodor. II, 4, 8. Praeterea Iphitus et Eurystheus *παιδικὰ* Herculis fuisse dicuntur, v. Philostr. l. c. Athen. XIII. p. 603 D. Cf. Müller. *die Dorier* Vol. I. p. 451. II. p. 297.

p. 40, 3. ὅρκους τε καὶ πίστεις] τὲ καὶ B. E. qui inter versus habet τὲ, sed ab eadem manu. Plat. de legg. III. p. 701 B. πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῷ τέλει ὅρκων καὶ πίστεων καὶ τὸ παράπαν θεῶν μὴ φροντίζειν.

p. 40, 4. ἐπὶ τοῦ τάφου] Plut. vit. Pelop. c. XVIII. λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰόλεων τοῦ Ἡρακλέους ἐρώμενον ὄντα, κοινωνεῖν τῶν ἄθλων καὶ παρασπίζειν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καθ' αὐτὸν ἔτι φησὶν ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ Ἰόλεω τὰς καταπιστώσεις ποιεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους καὶ τοὺς ἐραστάς. Ex Aristotelis igitur libris de amore quae hic a Plutarcho narrantur, desumta videri dixi supra p. 97. Tumulus et gymnasium Jolai Thebis erat ante portas Proetidas insigne Jolaiis, v. Boeckh. ad Pindar. Olymp. VII, 77 sq. Dissen. ad Olymp. IX, 99. et Pyth. IX, 84. p. 121 et 317.

p. 40, 5. ἀπεγνωσμένην] ἀπεγνωμένην Ald. Bas.

p. 40, 5. τῷ Ἀδμήτῳ] Vide Plat. Sympos. p. 179 B. Copiose totam rem persecutus est Pflugk. prooem. Eur. Alcest. p. 11 sq.

p. 40, 6. ἐρωμένῳ δ' αὐτοῦ γενομένῳ] ἐρωμένου δὲ αὐτοῦ γενομένου B. E. Ald. quam lectionem nunc praetulerim. Vide quae disputarunt Baehr. ad Plut. Philop. p. 40. Held. ad Timol. p. 352. coll. ad Aemil. Paul. p. 227. — Me invito vero δ' pro δὲ, irrepsit ex ed. Reisk. et Hutten.

p. 40, 7. τὸν Ἀπόλλωνα] De Apollinis erga Admetum amore docte egit Leopold. ad Plut. vit. Num. p. 274. — Tum Ald. Bas. μυθολογοῦσι.

p. 40, 8. Ἀδμήτῳ παραθητεῦσαι etc.] Clem. Alexandr. Stromat. I, 24. p. 139. Sylb. εἰκότως ἄρα καὶ ὁ Βοιώτιος Πίνδαρος γράφει·

ἐν χρόνῳ δὲ γένετ' Ἀπόλλων,

καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν, ὅπου γε καὶ Ἀδμήτῳ θητεύων εὑρίσκεται σὺν καὶ Ἡρακλεῖ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν. O Müller. versum Hesiodi ex Eoeis esse credit in Comment. ad Aeschyl. Eumen. p. 143. Vide Pflugk. l. c. p. 8 sq.

p. 40, 9. εὖ δέ πως] Plat. de legg. X. p. 886 E. λόγοισι δὲ ταῦτα εὖ πως εἰς τὸ πιθανὸν περιπεπεμμένα. Protag. p. 315 B. εὖ πως καὶ ἐν κόσμῳ περιεσχίζοντο οὗτοι οἱ ἐπήκοοι ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Eurip. Phoeniss. vs. 1475. Hippol. vs. 477. Helen. vs. 718. Plut. Sept. Sap. Conv. p. 161 F. Quaest. Symp. I, 4. p. 620 D. et al. Vide Schaef. ad Plut. T. V. p. 480. Krüger. ad Dionys. Halic. p. 32. Jacobs. ad Aelian. H. A. p. 523.

p. 40, 10. ἡ δ' ἐξ Ἔρωτος] Ita Wyttenb. edidit e Xyl. Reisk. consentientibus libris. Vulgo ἡ δ' ἐξέρωτος. Ald. ἡ δὲ ξέρωτος. Male vero in ed. Wyttenb. legitur ἥδ'.

p. 40, 10. προάγεταί τι] προαγεταί τι E.

p. 40, 11. εἰ δήπου] Reisk. et Wyttenb. conjecerunt εἰ δέ που, quod recepit Hutten. εἰδήπου Ald. Bas.

p. 40, 12. τὴν Ἄλκηστιν] Articulum om. E. recte, opinor.

p. 40, 13. ὁ Ἅιδης] ὁ ἅδης Ald. Bas.

p. 40, 14. ὥς φησι] ὡς φησὶ B. E.

p. 40, 14. Σοφοκλῆς] Versus Sophoclis citat etiam Clem. Alexandr. Stromat. II, 20. p. 178. Sylb. εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία ἐπὶ τοῦ Ἅιδου γράφει·

πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμον' ὡς ἐρώμενον;
ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
ᾔδει, μόνην δ' ἔστεργε τὴν ἁπλῶς δίκην.

Non probandum Ritschl. judicium in Sched. Crit. p. 26. qui sese non dubitare ait, quin in hoc Plutarchi loco Sophoclis versus adhuc latuerint hice:

ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
οἶδεν, μόνην δ' ἔστερξε τὴν ἁπλῶς δίκην·
ἐρῶντας αἰδεῖται δὲ, καὶ τούτοις μόνοις
οὐκ ἔστ' ἀδάμαστος οὐδ' ἀμείλιχός ποτε,

quod ut alia mittam, displicet vel propter illud ποτε et insolentem particulae δὲ collocationem.

p. 40, 15. οὔτε τοὐπιεικὲς] Scripsi cum Valcken. Diatr. p. 187. Vulgo οὔτε τὸ ἐπιεικὲς. Quanquam me nunc facti poenitet, quod apertum est, Plutarchum sententiam tantum exprimere voluisse, non ipsa poetae verba afferre. Nam τοὐπιεικὲς admisso etiam δ' ἔστεργε pro δὲ στέρξαι scribendum erat.

p. 40, 15. τοὐπιεικές] τὸ ἐπιεικὲς *aequitas* opp. τῇ ἁπλῶς δίκῃ *stricto juri.* Eurip. Fragm. Matth. p. 363.

ἦ τἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι
εἰ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

Isocrat. adv. Callim. p. 361, 12. ὥστε οὐκ ἄξιον οὔτε κατὰ χάριν οὔτε κατ' ἐπιείκειαν οὔτε κατ' ἄλλο οὐδὲν ἢ κατὰ τοὺς ὅρκους περὶ αὐτῶν ψηφίσασθαι. Panegyr. p. 42, 30. τὰς χάριτας καὶ τὰς ἐπιεικείας. coll. Areopagit. p. 125, 23. Soph. Oed. Col. vs. 1120.

p. 40, 16. οἶδεν] Scripsi cum Wyttenb. ex Xyland. Vulgo οἶδε, quod etiam libri et scripti et editi tuentur omnes. Nollem factum propter ea, quae supra dixi.

p. 40, 17. αἰδεῖται] Vide Reisig. Enarrat. Soph. Oed. Col. p. LVII.

p. 40, 17. οὐκ ἔστιν ἀδάμαστος οὐδ' ἀμείλιχος] Homer. Il. IX, 158.

δμηθήτω! Ἀΐδης τοι ἀμείλιχος ἠδ' ἀδάμαστος.

Pro ἀμείλιχος Bas. Ald. ἀμείλικος.

p. 40, 18. Ἐλευσῖνι] ἐλευσίνι B. Ald. Bas.

p. 40, 19. τοῖς Ἔρωτος ὀργιασταῖς] Plut. de oracul. defectu p. 417 B. ἐπισκόπους θεῶν ἱερῶν καὶ μυστηρίων ὀργιαστάς. Quaest. Symp. VIII, 1. p. 717 D. Καρνεάδην — ἄνδρα τῆς Ἀκαδημίας εὐκλεέστατον ὀργιαστήν. adv.

Colotem p. 1107 F. οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα τῶν ἐξ Ἀκαδημίας οὐ ναρθηκοφόρον, ἀλλ' ἐμμανέστατον ὀργιαστὴν Πλάτωνος.

p. 40, 19. ἐν ᾄδου] ἐν ἅδου Ald. Bas. Jidem post βελτίωνα.

p. 40, 20. οὔτι] Ita dedi ex E. Vulgo οὗτοι. Tum Ald. πειθόμενοι.

p. 40, 21. λέγουσι] Wyttenb. edidit non monito lectore λέγουσιν. λέγουσι habent et reliq. edd. et libri.

p. 40, 21. θείᾳ τινὶ τύχῃ] θειάτινι τύχῃ Ald. Bas. sed Bas. τύχῃ. — Plut. vit. Thes. c. XXXV. θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας ἀνέσκαψεν. Vide J. Fr. Gronov. ad Liv. I, 4. Baehr. ad Plut. Philopoem. p. 63.

p. 40, 21. ψαύουσι τοῦ ἀληθοῦς λέγοντες] Ita explevi cum Xyl. lacunam. Vulgo erat ψαύουσι τοῦ * λέγοντες. In B. lacuna decem literarum, in E. octo. Infra c. XX. p. 765 E. εἴτε κατὰ νοῦν καὶ λογισμὸν, εἴτε σὺν θεῷ τῆς ἀληθείας ἁψαμένοις. de Socratis genio p. 589 F. ἀλλ' ἔστιν ὅπῃ ψαύει τῆς ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες. de animae procreat. e Tim. p. 1029 A. ἀλλ' οὔτε τούτων τὸ κομψὸν ἅπτεταί τινος ἀληθείας. vit. Romul. c. VII. ἁπτόμενος ἐπινοίᾳ καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας. Plat. de rep. V. p. 473 A. ἢ φύσιν ἔχει πρᾶξιν λέξεως ἧττον ἀληθείας ἐφάπτεσθαι. Phaed. p. 65 B. Theaet. p. 186 E. et al. Aristid. Or. II. p. 150. θείᾳ τινὶ μοίρᾳ τῆς ἀληθείας ἐφαπτόμενον. Heliod. I. 26. Vide Jacobs. Animadv. Anthol. I. I. p. 136. Male vero Hutten. e Reiskii conjectura edidit ψαύουσι τοῦ ἀληθοῦς οἱ λέγοντες.

p. 40, 22. ἐξ ᾄδου] ἐξ ἄλλου B. E. Ald. Bas.

p. 40, 23. καὶ ὅπως] καὶ ὅπερως Ald. Bas.

p. 40, 23. ἀγνοοῦσιν] Ita edidi e B. E. Vulgo ἀγνοοῦσι.

p. 40, 24. λεπταί] ληπταὶ Ald. λιπταὶ Bas.

p. 40, 25. ἐνδιεσπαρμέναι] Plut. de oracul. defectu p. 417 B. ὧν ἴχνη καὶ σύμβολα πολλαχοῦ θυσίαι καὶ τελεταὶ καὶ μυθολογίαι σώζουσι καὶ διαφυλάττουσιν ἐνδιεσπαρμέναι. adv. Colot. p. 1109 C. et al.

p. 40, 26. ἑλεῖν] Xylander primus correxit. Ald. Bas. ἑλᾶν. Etiam libri scripti videntur ἑλεῖν exhibere.

p. 40, 28. ἐπισκοπῶ] Ita correxi ex E. et Bas. Ald. ἐπισκοπῷ, E. ἐπισκοπ. Vulgo legebatur ἐπισκοπῶμεν.

p. 40, 29. τοῖς χρωμένοις] Wyttenb. cum Mez. voluit τοῖς ἐρωμένοις.

p. 40, 30. αὐτοῦ] αὐτοὺς idem cum Mez. mavult.

p. 40, 30. ὀνίνησιν] Reiskio judice excidit ἢ οἱ ἄλλοι θεοὶ, aut ἢ τῶν ἄλλων τις θεῶν.

p. 40, 31. εἰπὼν] Ita edidi e conjectura Valcken. Diatr. p. 206 C. et Reiskii. Vulgo ἐπεί.

p. 40, 32. ποιητὴν ἄρα] ποιητὴν cur in μουσικὴν converterem, sciri potest ex l. Convival. quaest. 5. quanquam si ποιητὴν retinere quis velit, habet, quod pro ipso faciat in libello nostri auctoris de Pythiae oraculis. Ego tamen μουσικὴν praefero, et alterum irrepsisse ex annotatione marginali puto alicujus, qui musicen latius patentem ad poëticen voluerit adstringere. Neque nego, in citato loco poetam, quam musicam, videri posse commodius collocari: sed citare ad rem praesentem ac honeste coaptare non nimiis mutationibus poetarum versum, si cui alii, Plutarcho est familiare. XYLANDER. Versus ex Euripidis Stheneboea petitos esse, compertum habemus e Schol. Aristoph. Vesp. 1069. Cum Valckenario l. c. Euripidem scripsisse crediderim ποιητὴν δ' ἄρα, quod stabilitur etiam Plut. de Pyth. orac. p. 405 E. et Plat. Sympos. p. 196 E. Neque enim recte adsentitur Matthiaeus Fragm. Eurip. p. 330 sq. Bentlejo, Euripidem μουσικὸν δ' ἄρα — dedisse autumanti, coll. Plut. Plut. Symp. Quaest. I, 5. p. 622 C. Lepide παρῳδεῖ Menander in Poenulo ap. Suid. I. p. 682.

χρεία διδάσκει κἂν ἄμουσος ᾖ σοφὸν
Καρχηδόνιον.

Vide Meinek. ad Menand. p. 93.

p. 40, 33. ἄμουσον] Ita Wyttenb. edidit e Bas. Xyl. quod etiam Reiskius conjecerat. Secutus est Hutten. Vulgo ἄμουσον. ἄμουσος, quod est in locis citt. omnibus, etiam libri videntur habere.

p. 40, 33. τὸ πρὶν] τὸ πρᾶγμα B. E. Ald.

p. 40, 34. ἢ λέλεκται] λέλεκται, an δέδεικται legatur, parum refert: *ut dictum est paulo ante, aut ut exemplis superius allatis demonstratum est.* REISKIUS.

p. 40, 35. κυρακτοῦντες] Conf. Plut. Quaest. Sympos. III, 2. p. 648 C. p. 649 B.

p. 42, 1. καὶ ἁπλοῦς] Ita emendavi e B. E. et praeclare jam conjecerat Reisk. Vulgo legebatur δωρητικὸς δὲ ἁπλῶς. Ald. Bas. ἁπλοῦς sine καὶ habent. Confer, si tanti est, Plut. Philopoem. c. XIII. ἐν δὲ Κρήτῃ συνεπολέμει τοῖς Γορτυνίοις οὐχ ὡς Πελοποννήσιος ἀνὴρ καὶ Ἀρκὰς, ἁ π λ ο ῦ ν τινα καὶ γενναῖον πόλεμον, ἀλλὰ τὸ Κρητικὸν ἦθος ἐνδύς. Aptissimum a Plutarcho lectum voc. propter institutam comparationem cum ferro. Praec. reip. ger. p. 802 B. δ ι π λ ό α ς ἐ ν σ ι δ ή ρ ῳ μαλάσσων καὶ καταλεαίνων. v. Ruhnk. ad Tim. p. 86.

p. 42, 3. δίκην σιδήρου διὰ πυρὸς ἀνειμένης] Haec elegans comparatio, a ferri cudendi fabrica ducta, inprimis in deliciis est Plutarcho. Ferrum, ut amittat naturalem asperitatem faciliusque cedat tundentibus, primo igne laxatur (ἀνίεται) et emollitur, tum aquae frigidae immergitur, ut duritiem acquirat et robur, quam vocant βαφήν. Hinc animus ferox et indomitus comparatur cum ferro, quod tincturam aquae accepit; animus vero mitis cum ferro igne mollito. Praeivit Plato de legg. II. p. 666 B. μαλακώτερόν τε ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον

καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι. ib. p. 671 C. de rep. III. p. 411 B. Plut. Septem Sap. Conv. p. 156 D. ibiq. Wyttenb. Sympos. Quaest. I. p. 622 D. φειδωλὸς ἀνήρ τε καὶ μικρολόγος, ἐμπεσὼν εἰς ἔρωτα, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος, ἀνεθεὶς καὶ μαλαχθεὶς, ἁπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἡδίων. de disc. adul. ab amico p. 73 C. ὥσπερ ὁ σίδηρος πυκνοῦται τῇ περιψύξει καὶ δέχεται τὴν στόμωσιν, ἀνεθεὶς πρῶτον ὑπὸ θερμότητος καὶ μαλακὸς γενόμενος, οὕτω τοῖς φίλοις διακεχυμένοις καὶ θερμοῖς οὖσιν ὑπὸ τῶν ἐπαίνων, ὥσπερ βαφὴν ἀτρέμα τὴν παῤῥησίαν ἐπάγειν. vit. Dion. c. VII. ὑφ᾽ ὧν ἡ τυραννὶς, ὥσπερ σίδηρος, μαλασσομένη, τοῖς μὲν ἀρχομένοις ἐφάνη φιλάνθρωπος, καὶ τὸ λίαν ἀπάνθρωπον ὑπανῆκεν. vit. Alcib. c. VI. ὥσπερ οὖν ὁ σίδηρος ἐν τῷ πυρὶ μαλασσόμενος αὖθις ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πυκνοῦται καὶ σύνεισι τοῖς μορίοις εἰς αὐτὸν, οὕτως ἐκεῖνον ὁ Σωκράτης — πιέζων τῷ λόγῳ καὶ συστέλλων, ταπεινὸν ἐποίει καὶ ἄτολμον. de Pyth. oracul. p. 436 C. p. 433 A. praec. sanit. tuend. p. 136 A. de vitioso pudore p. 530 E. Sympos. Quaest. VIII, 9. p. 734 A. de primo frigid. p. 954 C. vit. Pyrrh. c. XXIV. Comp. Lyc. cum Numa c. V. Soph. Antig. vs. 475. Aj. 650. ubi v. Lobeck. p. 303. ed. II.

p. 42, 4. δήπου] δή που E.

p. 42, 5. Ἀνύτῳ Ἀνθεμίωνος] Plat. Schol. p. 330. Bkk. οὗτος ὁ Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος γένος, Ἀλκιβιάδου ἐραστής, πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς — ἔπεισε μισθῷ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. μέμνηται Λυσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογίᾳ καὶ Ξενοφῶν ὁμοίως καὶ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Σωκράτους βίῳ. Θεόπομπος δὲ Στρατιώτισιν Ἐμβάδαν αὐτὸν εἶπε παρὰ τὰς ἐμβάδας, ἐπεὶ καὶ Ἄρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκυτέα αὐτὸν σκώπτει. De Anyti rebus adi Wesseling. ad Diodor. Sic. XIII, 64. Bornemann. Xen. Apol. p. 72. Hermann. *Lehrbuch der griechischen Staatsalterthümer* p. 317 et 331. Krüger. Comment. ad Dionys. Halic. p. 349. Luzac. de Socrate cive p. 133. — Ceterum non opus est Wyttenb. correctione Ἀνύτῳ τῷ Ἀνθεμίωνος.

p. 42, 5. ἐρῶντι μὲν Ἀλκιβιάδου] Eandem rem narrant Plutarch. vit. Alcib. c. IV. et e Satyro Athen. XII. p. 534 E. F. Idem Anytus amator Pythionicae, v. Athen. VIII. p. 339 D.

p. 42, 7. εἰς ἥμισυ] V. Bernhardy Synt. p. 217.

p. 42, 9. πάντα] Ita reposui e B. E. Vulgo ταῦτα. πάντα etiam Xylander conjecerat. Reiskius ταῦτα aut cum πάντα mutandum, aut legendum ταῦτα γὰρ ἐνῆν αὐτῷ πάντα λαβεῖν censuit. Plut. l. c. ἐπιεικῶς μὲν οὖν, ὁ Ἄνυτος ἔφη, καὶ φιλανθρώπως· ἃ γὰρ ἐξῆν αὐτῷ λαβεῖν ἅπαντα, τούτων ἡμῖν τὰ ἡμίση καταλέλοιπεν.

## Caput XVIII.

p. 42, 12. διελύσατε πρὸς Ἄνυτον] Locus male affectus. Reiskius conjecit διελύσασθε. Wyttenb. διέλυσας τὸ πρὸς Ἄνυτον, quod nullo pacto ferri potest. Libri B. E. non exhibent, quod Wyttenb. dicit, διελύσατε τὸ πρὸς — sed διελύσατο πρὸς Ἄνυτον, quod vellem a me receptum, ut sententia prodeat haec: *quam parum aberat, quin Anytus aboleret, quod mihi est Anyti odium a majoribus traditum propter Socratem et philosophiam.* Plut. Septem Sap. Conv. p. 151 F. οἷα καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰς Αἴγυπτον ἀπηγγέλη περὶ Χίλωνος, ὡς ἄρα

διαλύσαιτο τὴν πρὸς Σόλωνα φιλίαν καὶ ξενίαν. an seni respubl. ger. p. 806 F. ὁ μὲν γὰρ Κλέων ὅτε ἔγνω τῆς πολιτείας ἅπτεσθαι, τοὺς φίλους συναγαγὼν εἰς ταὐτὸ, διελύσατο τὴν φιλίαν πρὸς αὐτούς. Quanquam ne haec quidem ratio omni caret molestia, sed praeterea corrigendum videtur πρὸς αὐτὸν pro πρὸς Ἄνυτον (v. intt. ad Plat. Men. p. 89 E.), ita ut struantur verba sic: ὡς διελύσατο τὴν πρὸς αὐτὸν πατρικὴν ἔχθραν.

p. 42, 12. πατρικὴν] Ita reposui e B. E. Vulgo mendose πατρικόν. πατρικὴν jam Hutten. dedit e Reiskii conjectura, qui aut πατρικὴν aut πάτριον voluerat. In Ald. πρῖκόν. Tum in ed. Wyttenb. vitiose expressum ἐχθρόν.

p. 42, 13. πρᾷος] πρᾶος et scripti libri et edd. praeter Reisk. et Hutten.

p. 42, 13. εἶεν, εἶπεν] Ita correxit Wyttenb. e B. E. Mez. Xyl. et Reisk. Vulgo εἶεν, εἶτα. Tum Ald. Bas. σκυθρώπων.

p. 12, 14. τοῖς συνοῦσιν εὖ ποιεῖ] Ita correxi e B. E. Ald. τοῖς συνοῦσιν εὐποιεῖ. Vulgo τοῖς συνοῦσι ποιεῖ. Bas. τοῖς συνοῦσιν ποιεῖ. Jis, qui verba sic ordinare nolunt ἐκ δυσκόλων — ποιεῖ φιλανθρωποτέρους τοῖς εὖ συνοῦσιν (v. Krüger. ad Dionys. Halic. de Thucyd. judic. p. 62.), auctor sum ut scribant τοῖς συνοῦσιν οὐ ποιεῖ, ut sit interrogatio. Sic infra pro οὐ δαιμόνιον Ald. exhibet εὐδαιμόνιον.

p. 42, 15. φιλανθρωποτέρους] φιλανθρωπωτέρους Ald. Bas.

p. 42, 16. αἰθομένου-πυρὸς] Versus Homeri est (Epigr. XIII, 5.) in Vit. Homeri Herodotea p. 737. 75. vide Jacobs. Animadv. Anthol. I. II. p. 120. Apponit eundem Plutarch. in libro de virtute et vitio p. 100 C.

αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι·

καὶ πλοῦτος ἡδίων, καὶ δόξα λαμπροτέρα καὶ δύναμις, ἂν τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἔχῃ γῆθος. Reiskio judice excidit in nostro loco συμβαίνει vel simile quid post ἰδέσθαι. Sed accusativus pendet a ποιεῖ.

p. 42, 18. ἂν μὲν] Omisi οὖν, quod vulgo post μὲν legebatur, cum E.

p. 42, 19. ἴδωσι] Ita reposui e B. E. et Reisk. edit. Vulgo ἴδωσιν.

p. 42, 20. ἀγεννῆ] ἀγενῆ Ald. Bas.

p. 42, 20. ὑποπιμπλαμένην φρονήματος] Vide Wyttenb. ad Plut. de educ. puerorum p. 1. C. L. Dindorf. ad Xen. Cyrop. VIII, 7, 7. Schaefer. App. Crit. Demosth. I. p. 745.

p. 42, 22. ὁ Τηλέμαχος] Hom. Odyss. XIX. vs. 40.

ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.

p. 42, 23. μάλα τις] μάλά τις B. μάλα τίς E.

p. 42, 24. οὐ δαιμόνιον] εὐδαιμόνιον Ald.

p. 42, 25. περιφρονῶν] περιφρωνῶν Bas.

p. 42, 27. μηδὲ θαυμάζων] μὴ δὲ θαυμάζων Ald. Bas. Iidem μὴ δὲ θεραπεύων.

p. 42, 28. αἰχματὰν κεραυνὸν] Pindar. Pyth. I. vs. 5.

καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις
ἀενάου πυρός.

αἰχματὰν κεραυνὸν *cuspidatum fulmen*. Notandum substantivum pro adjectivo ut Nem. IX, 37. θυμὸν αἰχματάν. Sic καταράκτην ὁδόν Soph. Oed. Col. vs. 1582. ibiq. Reisig. p. CXCIV. ἱκέταν ἥλεμον Eur. Suppl. vs. 292. πρυμνήτην κάλων Med. vs. 770. ἰδιώτης βίος Luc. Hermotim. c. 67. Plat. de rep. IX. p. 578 C. (ibiq. Schneider. p. 134.) Plut. de virt. et vitio p. 101 D. ἰδιώταις χειροτέχναις Thucyd. VI, 72. ὄχλον ἰδιώτην Plut. Pericl. c. XII. — Xylander interpretatus est: *bellicosum fulmen*, rectius Dissen. ad Pindar. p. 164. *cuspidatum fulmen*, ut disignetur Jovis telum, quo tanquam hasta trajicit hostes suos. Aeschyl. Prometh. Vinct. vs. 411 sq.

Ζεὺς — — ὑπερή-
φανον θεοῖς τοῖς πάρος ἐν-
δείκνυσιν αἰχμάν.

coll. ibid. vs. 961.

τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος, σκεδᾷ.

Vide Intt. ad Herod. VII, 10. IV, 79. Soph. Trachin. vs. 1103. Dissen. ad Pindar. Olymp. I, 80.

p. 42, 29. ἅμα τῷ τὸν καλὸν] Ita edidi e B. E. (in quo αμα sine accentu). Vulgo ἅμα τῷ γε καλὸν. Ald. ἅμα τότε καλὸν. Bas. ἅμα τῷ καλὸν.

p. 42, 30. ἔπτηξ' etc.] Citat hunc incerti poetae senarium Plutarchus etiam in vit. Pelopid. c. XXIX. et Alcib. c. IV. ubi solus E. exhibet δοῦλος pro δοῦλον. In Pelopida Portus maluit δοῦλος. Monac. liber nr. 85. ἔπτηξεν Ἀλέξανδρος δοῦλος ὡς κλίνας πτερόν, Palat. nr. 169. ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλος· ὃς κλίνας πτερόν. δοῦλος etiam Xylander nostro loco videtur probasse, vertens: *ut gallus alas trepidus demittens pavens*. Vide Baehr. ad Plut. Alcib. p. 84 sq.

p. 42, 30. δοῦλον ὡς] Mirifica et dura trajectio verborum huic versui inest, ὡς ad ἀλέκτωρ pertinet. Potuissent quidem verba sic ordinari: ἀλέκτωρ ὡς κλίνας δοῦλον πτερόν. At versus aeque durus sic exisset. REISKIUS. Vulgo legebatur δοῦλον ὡς. Reposui e B. E. δοῦλον ὥς, quo tollitur orationis durities. Sensus enim est: *Pavit gallus alam tanquam servam demittens*. Aeschyl. Pers. vs. 745. 6.

ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν δοῦλον ὣς δεσμώμασιν
ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βόσπορον ῥόον θεοῦ.

Quod Reiskio aliisque ὡς ad ἀλέκτωρ pertinere visum est, id probari nullo modo potest. Nam ut reperiantur exempla liberius trajectae comparandi particulae, ut Plat. Phileb. p. 61 B. καὶ μὴν καθάπερ ἡμῖν οἰνοχόοις τισὶ παρεστᾶσι κρῆναι. coll. Aristoph. Vesp. vs. 363.

ὥσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν.

Nub. vs. 257.

ὥσπερ με τὸν Ἀθάμανθ᾽ ὅπως μὴ θύσετε,

tamen nondum se mihi obtulit exemplum trajectionis, qualem hic illi statuunt.

p. 42, 30. κλίνας] κλινίας Ald. Bas.

p. 42, 30. πτερόν] Aristoph. Vesp. vs. 1190.

πτήσσει Φρύνιχος, ὥς τις ἀλέκτωρ.

Explicatio versus non est alte repetenda. Quam insano studio Graeci, praecipue vero Athenienses, gallos gallinaceos aluerint, quos in pugnam committerent, res est notissima. Vide Pindar. Olymp. XII, 13. Aeschyl. Eumenid. vs. 846. Agam. vs. 1661. Aristoph. Acharn. vs. 166. ibiq. Elmsl. Equit. vs. 491. Xen. Conviv. IV, 9. Aelian. V. H. II. c. 28. Plat. Lys. p. 211 E. de legg. VII. p. 789 B. Hipp. Maj. p. 295 D. Lucian. Anachars. c. 37. Aeschin. adv. Timarch. §. 23. Jam uti qui vicit gallus, elatus gaudio canit et crebro alarum plausu latera ferit (πτερύσσεται), v. Diog. Laert. II, 30. ἐπῆρε δὲ καὶ εἰς φρόνημα Ἰφικράτην τὸν στρατηγὸν, δείξας αὐτῷ τοῦ κουρέως Μειδίου ἀλεκτρυόνας ἀντίον τῶν Καλλίου πτερυξαμένους. Demosth. adv. Conon. §. 9. p. 471. ἦδε γὰρ τοὺς ἀλεκτρυόνας μιμούμενος τοὺς νενικηκότας, οἱ δὲ κροτεῖν τοῖς ἀγκῶσιν αὐτὸν ἠξίουν ἀντὶ πτερύγων τὰς πλευράς. coll. Plat. Theaet. p. 164 C. ita h. l. dicitur *pavere*, *alas trepidas demittens*, qui in pugna inferior discessit. Plin. H. N. X, 20. *quodsi palma contingit, statim in victoria canunt, seque ipsi principes testantur. Victus occultatur silens, aegreque servitium patitur.* coll. Aristoph. Av. vs. 70.

ΤΡΟΧΙΛΟΣ

ὄρνις ἔγωγε δοῦλος

ΕΥΕΛΠΙΔΗΣ.

ἡττήθης τινὸς

ἀλεκτρυόνος;

p. 42, 31. ἐκκέκλασται] Frequentius Plutarchus utitur verbis κατακλᾷν et ἐπικλᾷν. Fab. Max. c. XI. αὐτοῦ δὲ τοῦ Μινουκίου τὸ θράσος κατακέκλαστο. Vide Held. ad Timol. p. 346. Baehr. ad Philop. p. 38.

p. 42, 32. Σαπφοῦς] σαπφῶς B. σαφῶς E. Ald.

p. 42, 33. Κακὸν] Ita correxi e B. E. Ald. Bas. Vulgo Κάκκον. Etsi nunc antiquius duxi librorum scripturam sequi, tamen nescio an scribere praestet Κῦκον.

p. 44, 3. κατὰ Φιλόξενον] Philoxenus Cytherius, Euletidae filius, clarissimus dithyramborum poeta, discipulus Melanippidae, apud Dionysium majorem Syracusis vixit (Pausan. I, 2, 3.); a quo in lapidicinas conjectus est, quod melius tyranno caneret, narrante Plut. de animi tranq. p. 471 E. vel quod tragoediam ab illo scriptam corrigere jussus, totam usque ad coronidem deleverat, ut refert idem de fort. Alexandri p. 334 C. vel quod fidicinam, tyranni amicam corruperat, testibus Phania ap. Athen. I. p. 6 F.

et Schol. ad Aristoph. Plut. vs. 290. Ad quam rem multi alludunt, ut Lucian. de merced. cond. c. 35. adv. indoct. c. 15. Diog. Laert. IV, 36. Aelian. V. H. XII, 44. Stobae. T. 13, 16. p. 280. T. I. Gaisf. Cic. Attic. IV, 6. Eustath. Hom. Odyss. p. 1691. (424). Suid. s. *ἄπαγέ με εἰς λατομίας* et *Φιλοξένου γραμμάτιον*. In illis lautumiis perhibetur Philoxenus carmen illud nobilissimum composuisse, quo fecit Cyclopem, amatorem Galateae, *malis suis musica medentem*. Schol. ad Theocrit. Idyll. XI. *Φιλόξενος ποιεῖ τὸν Κύκλωπα παραμυθούμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ τῆς Γαλατείας ἔρωτι καὶ ἐντελλόμενον τοῖς δελφῖσιν, ὅπως ἀγγείλωσιν αὐτῇ, ὡς ταῖς μούσαις τὸν ἔρωτα ἀκεῖται.* Plut. Symp. Quaest. I, 5. p. 622 C. *Σαπφικῶν τινῶν ᾀσθέντων, ὅπου καὶ τὸν Κύκλωπα μούσαις εὐφώνοις ἰᾶσθαί φησι τὸν ἔρωτα Φιλόξενος.* Callimach. Epigr. 48. vs. 1.

*ὡς ἀγαθὰν Πολύφαμος ἀνεύρατο τὰν ἐπαοιδάν.*

vs. 4. *ἡ πανακὲς πάντων φάρμακον ἁ σοφία.* Hermesianax ap. Athen. XIII. p. 598 E.

*ἄνδρα δὲ, τὸν Κυθέρηθεν ἀνετρέψαντο τιθῆναι,*
*Βάκχου καὶ λωτοῦ πιστότατον ταμίην,*
*Μοῦσαι παιδευθέντα Φιλόξενον, οἷα τινάχθεις*
*ὀρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πτόλεως,*
*γιγνώσκεις, ἄϊουσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης*
*αὐτοῖς μηλείοις θήκαθ᾽ ὑπὸ προγόνοις.*

Arist. Plut. vs. 290.

*καὶ μὴν ἐγὼ βουλήσομαι, θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα*
*μιμούμενος, καὶ τοῖν ποδοῖν ὡδὶ παρενσαλεύων.*

ad quem locum Schol. *Φιλόξενον τὸν Διθυραμβοποιὸν ἢ Τραγῳδιδάσκαλον διασύρει, ὃς ἔγραψε τὸν ἔρωτα τοῦ Κύκλωπος τὸν ἐπὶ Γαλατείᾳ· εἶτα κιθάρας ἦχον μιμούμενος ἐν τῷ συγγράμματι, τοῦτό φησι τὸ ῥῆμα θρεττανελό. ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν Κύκλωπα κιθαρίζοντα τὴν Γαλάτειαν.* Alia fragmenta habes ap. Athen. XIII. p. 564 E. Suid. T. I. p. 685. et II. p. 205. Ad Cyclopa etiam illud, puto, pertinet, ap. Athen. XV. p. 692 D. *συμβαλοῦμαί τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα, κατὰ τὸν Κυθήριον ποιητήν*, coll. VI. p. 271 B. Cyclopa Philoxeni respicit etiam Aristot. Poetic. c. II. Carmen illud tantam nactum est famam, ut etiam posteriore tempore essent, qui joculari exprimerent imitatione, quod colligo ex Athen. I. p. 19 F. *Στράτων δ᾽ ὁ Ταραντῖνος ἐθαυμάζετο τοὺς διθυράμβους μιμούμενος· τὰς δὲ κιθαρῳδίας οἱ περὶ τὸν ἐξ Ἰταλίας Οἰνωνᾶν* (*Οἰνώπας* audit ibid. p. XIV. p. 638 B.), *ὃς καὶ Κύκλωπα εἰσήγαγε τερετίζοντα καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα.* Hac oblata occasione non possum non supinam incusare negligentiam, qua hunc *Philoxenum Cytherium* confuderunt (ut Machon ap. Athen. VIII. p. 341 A. E. coll. I. p. 5 F.) cum *Philoxeno*, *Eryxidis filio*, de cujus voracitate memoraverunt Aristotel. Ethic. III, 10. Problem. XXVII, 7. p. 220. Eudem. III, 2. Athen. I. p. 6 B. Plut. Symp. Quaest IV, 4. p. 668 C. de latenter viv. p. 1228. Aelian. V. H. X, 8. Eustath. ad Odyss. p. 1817. quemque discipulum Anaxagorae fuisse discimus ex Aeschine Socratico ap. Athen. V. p. 220 B. (Obscurus locus Aristoph. Ran. vs. 934.) Imo *Philoxenum Cytherium* fuisse hominem temperantissimum et continentissimum, colligere par est e Plutarch. de vit. aere alieno p. 831. extr.

ubi int. *lyricorum veterum carmina, in genere amatorio plurimum versantia.* coll. Plut. de Pyth. orac. p. 405 F. ἀλλὰ φροῦδον οἴχεσθαι τὸν ἔρωτα, ὅτι μέτροις οὐδεὶς οὐδὲ ᾠδαῖς ῥίμφα παιδίοις, ὥσπερ Πίνδαρος ἔφη, τοξεύει μελιγηρίας ὕμνους. ubi scribe παιδείοις — μελιγήρυας ὕμνους. Conf. Ast. ad Plat. de legg. Vol. II. p. 71 et 370. Schneider. de rep. Vol. II. p 339. Plut. de Pyth. orac. p. 398 C. ὁ μὲν οὖν Σεραπίων ἐμνήσθη τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς ὕμνησεν ἑαυτὴν, ὡς οὐδὲ ἀποθανοῦσα λήξει μαντικῆς. Reiskio visum est Plutarchum scripsisse παιδειῶν (*nisi, ut Lysander, oblitus es veterum artium, quas in ludis literariis discebamus olim*), τῶν ἐπῶν ἀνάμνησον ἡμᾶς.

p. 44, 5. ἡ καλὴ Σαπφὼ] Plat. Phaedr. p. 235 C. νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δῆλον δὲ ὅτι τινῶν ἀκήκοα ἢ που Σαπφοῦς τῆς καλῆς ἢ Ἀνακρέοντος τοῦ σοφοῦ ἢ καὶ συγγραφέων τινῶν. Themist. orat. XX. p. 236 C. Lucian. de merc. cond. c. 5. de Demosthene ὁ καλὸς ῥήτωρ. ib. c. 24. ὁ καλὸς Πλάτων. Vide quae attuli supra p. 105.

p. 44, 6. φωνὴν ἴσχεσθαι] Plut. vit. Brut. c. XV. ἥ τε χρόα μεταβολὴν ἐλάμβανε καὶ τὴν φωνὴν ἐπέσχητο παντάπασιν.

p. 44, 6. φλέγεσθαι] Verbum φθέγγεσθαι locum non habet. Legendum est aut φέγγεσθαι, *illustrari et splendore affici*, vel potius φλέγεσθαι, *incendi*, calore scilicet intus membra et viscera urente. Nam φέγγος et ὠχρότης, quae statim memoratur, non conveniunt sane in eadem superficie: at intus calere, foris pallere, etiam in morbis videmus homines. XYLANDER. φλέγεσθαι] In vet. edd. est φθέγγεσθαι, unde effici debebat φθίνυσθαι, aut φθίσθαι, id quod φθείρεσθαι, *corrumpi*, *contabescere*, significat. Conf. Canteri Var. Lect. 5, 27. REISKIUS φθέγγεσθαι B. E. Ald. Bas. Recte correxit Xylander φλέγεσθαι. φλέγεσθαι et φθέγγεσθαι confusa etiam alibi, v. Jacobs. ad Anthol. Palat. Vol. III. p. 233. Plat. Phaedr. p. 251 B. ἰδόντα τε αὐτόν, οἷον ἐκ τῆς φρίκης, μεταβολή τε καὶ ἱδρὼς καὶ θερμότης ἀήθης λαμβάνει. Plut. de rect. aud. rat. p. 46 D. μὴ συνεσταλμένον ἀκούειν, μηδ' ἱδρῶτος καὶ ἰλίγγου μεστὸν, αἰσχύνῃ φλεγόμενον τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἄτρεπτον καὶ σεσηρότα καὶ κατειρωνευόμενον. Vide Wyttenb. ad Plut. de sent. prof. in virt. p. 77 C.

p. 44, 7. ὠχρότητα] Vide Dorvill. ad Charit. p. 424 et 431.

p. 44, 7. πλάνον] *mentis aberrationem*, *delirium*, aut *inquietudinem*, ἀλυσμόν. Vulgatem lectionem, a multis vexatam, asserit p. 766. 2. V. Wolf. ad Sapphonis fragm. p. 41. REISKIUS.

p. 44, 7. αὐτὴν καὶ] In B. E. et Ald. αὐτὴ et post hoc lacuna in B. Ald. quatuor literarum, sed in E. unius tantum literae.

p. 44, 8. ὡς] Verba Sapphus sunt, et Catulli interpretatio, in omnium manibus, pro quibus hic asteriscus exstat. Et quae sequuntur, plane sunt depravata. XYLANDER. ὡς deleto, nihil videri queat deesse. REISKIUS. Aut nihil excidit, aut certe non Sapphus verba, quae nec a constructione nec a sententia loci desiderantur: ὡς forte ex antecedente ων natum. WYTTENBACHIUS. Temere statuunt Reiskius et Wyttenb. nihil deesse,

ut arguit librorum consensus et ipsa sententia. In B. enim post ὡς nihil amplius legitur, ita ut appareat quadraginta tres excidisse literas, tum deest integer sequens versus, qui continebat circa quinquaginta septem literas; in E. vacuum spatium trium versuum, quorum quisque circa triginta quatuor literas continebat, ita tamen ut in primo exstet ὡς. Ejusdem fere ambitus est lacuna in Ald. sed in Bas. et reliqq. edit. non nisi asteriscus unus lacunam indicat. Itaque dubitari non poterit, quin exciderint Sapphus versus, et carminis illustris illius poetriae difficultates formarumque insolentia effecerint, ut scribae omitterent ea, quae non intelligerent. Jam etsi damnum, quod fecimus, facile potest resarciri ex aliis Plutarchi ipsius et scriptorum, qui longiores brevioresque carminis Sapphus particulas conservaverunt, locis, tamen nolui in textu lacunam expletam exhibere, quum nesciamus, quantum ejus carminis Daphnaeus voluerit recitare. Sed probabile est, haec in integrioribus exemplaribus Plutarchi lecta fuisse:

ὡς [τε] γάρ σ' ἴδω, βροχέως με φωνᾶς
οὐδὲν ἔτ' ἴκει.
Ἀλλὰ κὰμ μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ'
αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
ὀππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημ', ἐπιῤῥόμ-
βεισι δ' ἄκουαί.
Κὰδ δ' ἴδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
πᾶσαν ἄγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι, τεθνάκην δ' ὀλίγω ἐπιδευέην
φαίνομαι.

coll. Plut. de sent. prof. in virt. p. 81 D. vit. Demetr. p. 907 B. Vide Neue Sapphus Fragm. p. 28 sq.

p. 44, 12. ταῦτα, εἶπεν, ὦ πρὸς τοῦ Διός, θεοληψία] Mez. optavit οὐ θεοληψία; interroganter, Reiskius οὐ pro ὦ idque edidit Hutten. ut sit, *nonne haec est divina mentis agitatio.* Prior tamen ratio magis placet. Soph. Oed. Col. vs. 880.

ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ';

Plut. vit. Caes. c. LXIV, 1. ὡς οὐχὶ δουλεία ταῦτα καὶ τυραννίς ἐστιν. Illustraverunt satis hoc dicendi genus Meinek. ad Menand. p. 129. Pflugk. ad Eur. Androm. vs. 168. Reisig. Comment. Crit. ad Soph. Oed. Col. p. 316. Krüger. ad Dionys. Halic. Epist. ad Pomp. p. 21 sq. Held. ad Plut. Timol. p. 367 sq.

p. 44, 15. ἐξίστησιν] Ita edidi e B. E. Vulgo ἐξιστᾶσιν. Ald. Bas. ἐξίστασιν.

p. 44, 15. ἡμῖν] Wyttenb. conjecit καὶ μὴν — quod paulo calidius Hutten. recepit.

p. 44, 15. πολλοὶ] πολλοὶ in E. male pictum inter lineas, sed ab eadem manu.

p. 44, 16. διὰ τίνα αἰτίαν;] Ita edidi e conjectura Wyttenb. cum Hutten. Vulgo εἴληπται δ' εἰς ὁ ἐρωτικὸς διὰ τὴν αἰτίαν. Reiskius αἰτίαν male explicuit: *dispositionem corporis animive morbo facile concipiendo idoneam.*

p. 44, 17. συνίεμεν] Ita reposui e conj. Wyttenb. pro vulg. σύνιμεν cum Hutten. Reiskius tacite emendavit σύνισμεν. Eidem in seqq. optare collibuit ἔρως ἐστί τις νόσος ψυχῆς.

p. 44, 19. δὲ * τιτρώσκεται] Quod ad hunc Menandri attinet locum:

ψυχῆς· ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται:

versum eum sic corrigo, et impleo, moto asterisco, sicut alibi me legisse memoria recolere potui, et exstat inter Comicorum λείψανα. Quaeritur, qui fiat, quod amore alii corripiuntur, alii non? Respondetur, morbum animi esse causam, cur sagittae Cupidinis vulnus infligant grave. καιρὸς enim letalis vulneris significat hic opportunitatem, unde πληγὴ καιρία. XYLANDER. Inter δὲ et τιτρώσκεται lacunam habent Ald. Bas. B. E. quam Xyl. explet — ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται: ut legitur ap. Stob. p. 393. ex perdito Plutarchi libro de Amore. Grotius Exc. e Stob. p. 259. dedit ex conjectura, ὁ πληγεὶς δ' ὡς ἔδει τιτρώσκεται. Equidem legendum puto, ὁ πληγεὶς δ' εἰς ὃ δεῖ τιτρώσκεται. WYTTENBACHIUS. In B. lacuna est septem, in E. sex literarum. Ad quam explendam varia moliti sunt homines eruditi sine successu prospero. Bentlejus speciose εἰσβολῇ τιτρώσκεται, *incursu*, *irruptione:* quod et cum τιτρώσκεται apprime convenire, cum εἰσβολὴ τῶν πολεμίων dicatur; et cum νόσος, cum εἰσβολὴ τοῦ πυρετοῦ itidem usurpetur. Denique D'Orvillius V. C. p. 246. ἔνδοθεν τιτρώσκεται, quod nisi longius a vulgatae scripturae ductibus recederet, prae reliquis placere sibi profitetur Meinek. Menand. p. 200. Sed nihil horum satisfacit. Equidem Menandrum scripsisse credo, ut dictum recuperet acumen:

ψυχῆς· ὁ πληγεὶς καιρίαν τιτρώσκεται.

Lacunarum enim fons est uberrimus literarum similium vicinia. Itaque sive καιρίαν excidit propter proximum τιτρώσκεται sive propter praecedens καιρὸς, sententia exit: *opportunitas est animae morbus; qui ictus est vulnus accipit letale.* En acute et lepide elegantis poetae dictum, qui ludit verbis καιρὸς et καιρίαν. Eurip. Phoeniss. 1445.

τετρωμένους δ' ἰδοῦσα καιρίας σφαγάς.

Aeschyl. Agam. vs. 1315.

τίς πληγὴν ἀυτεῖ καιρίως οὐτασμένος.

Machon ap. Athen. XIII. p. 581 B.

ἔπαξ'· ὁ δ' ἄφνω καιρίμην πληγεὶς, παπαῖ.

Aelian. H. A. XII, 3. καιρίαν ἐτρώθη. Parthen. c. 24. παίει καιρίαν. Vide Blomf. Glossar. ad Aeschyl. Agam. vs. 1263.

p. 44, 20. ἀλλὰ ὁ θεὸς] ἀλλὰ ὁ edidi e B. E. Vulgo ἀλλ' ὁ

p. 44, 21. ἐπεί γ' οὖν ἦλθεν] ἐπὶ νοῦν ἦλθεν B. E. Ald. Bas. Antea Ald. Bas. οὐδὲν νῦν. Praestat igitur scribere: ἐπεὶ νῦν ἦλθεν.

p. 44, 22. ἐπὶ στόμα] Ita edidi e B. E. Vulgo ἐπὶ τὸ στόμα. Plat. de rep. VIII. p. 563 C. οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, ἔφη, ἐροῦμεν ὅτι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στόμα. Themist. IV. p. 52 B. καὶ οὖν ἐπειδὴ κατ' Αἰσχύλον νῦν ἦλθεν ἐπὶ τὸ στόμα —. Vide Schneider. ad Plat. l. c. p. 81.

p. 44, 22. κατ' Αἰσχύλον] κατ' αἴσχυλον Ald. Bas.

p. 44, 22. ἄῤῥητον] Ita cum Hutten. edidi e Mez. et Reisk. conjectura, probata etiam a Wyttenb. Vulgo ἄριστον.

p. 44, 22. ἐάσειν μοι δοκῶ] Plat. Theaet. p. 183 D. ἀλλά μοι δοκῶ — οὐ πείσεσθαι αὐτῷ. Demosth. Mid. §. 28. οὐ μὴν ἐνταῦθα ἕστηκε τὸ πρᾶγμα, οὐδ' ἀπορήσειν μοι δοκῶ τῶν μετὰ ταῦτα. Vide Schaefer. ad Dionys. Halic. V. C. p. 55. Bernhardy Synt. p. 366. In Plat. Cratyl. p. 423 D. ἔπειτα οὐκ ἐάν, ἅπερ ἡ μουσικὴ μιμεῖται, καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, οὔ μοι δοκοῦμεν ὀνομάσειν, nihil est mutandum. Sed Alcib. II. p. 141 B. καὶ τοῦτο μὴ μόνον ὑποσταίη, αὐθημερόν σου βουλομένου ὡς (f. καὶ) πάντας αἰσθέσθαι, ὅτι Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου τύραννός ἐστιν scribendum ex optimis libris αἰσθήσεσθαι pro αἰσθέσθαι.

p. 44, 24. εἰς ἔννοιαν ἥκει] Ita Wyttenb. e Mez. Xyl. et Reisk. Vulgo monstrose εἰς ἔννοιαν στήκει, quod etiam B. E. habent. Tum iidem ἐξαρχῆς pro ἐξ ἀρχῆς.

p. 44, 25. καὶ παντάπασιν] καὶ delendum censuit Reiskius aut γνώμης addendum.

p. 44, 26. ἡγεμόνες] Plat. Lys. p. 214 A. κατὰ τοὺς ποιητάς· οὗτοι γὰρ ἡμῖν ὥσπερ πατέρες τῆς σοφίας εἰσὶ καὶ ἡγεμόνες. de rep. X. p. 595 C. ἔοικε μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλός τε καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι.

p. 44, 27. τὸ μὲν οὖν] οὖν abesse malit Reiskius.

p. 44, 28. οὐσίας τε] οὐσίας τὲ B. E.

p. 44, 30. ἄνοσοι etc.] Pindari versus Plutarchus etiam in libro de superst. p. 167 F. et de communib. not. adv. Stoic. p. 1075 A. apposuit. In illo est κεῖνοι γὰρ ἄνοσοι etc. in hoc κεῖνοι γάρ τ'. Itaque primus versus Pindari hic fuerit:

κεῖνοι γάρ τ' ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι.

Vide Bœckh. ad Pind. Fragm. p. 626. quem secutus sum in metrica ratione constituenda, quum vulgo haec non interrupto ordine legerentur.

p. 44, 31. πόνων τ' ἄπειροι] Ita scripsi e Plut. de superst. l. c. Vulgo πόνων τε ἄπειροι. B. E. πόνων τὲ. In libro adv. Stoic. c. πόνων δ' ἄπ.

p. 44, 33. ὅθεν οὐδὲ προσίενται] οὐδὲ abest e B. E. Ald. Pro eo Bas. οὐ. An scripsit Plutarchus ὅθεν προΐενται?

p. 44, 33. Ἔριδας] ἐρίδας Ald. Bas.

p. 44, 33. *Λιτάς*] Hom. Il. IX. vs. 502. 3.

> καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο,
> χωλαί τε, ῥυσαί τε, παραβλῶπές τ' ὀφθαλμώ.

coll. Clem. Alex. Protrept. c. IV. p. 17. Sylb.

p. 44, 33. *Δεῖμον*] Ita edidi e B. E. Ald. Bas. Vulgo *Δειμὸν*. Hom. Il. XV. vs. 119.

> ὥς φατο (sc. Ἄρης), καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν.

ib. XIII. vs. 299.

> τῷ δὲ (sc. Marti) Φόβος, φίλος υἱός, ἅμα, κρατερὸς καὶ ἀταρβὴς ἕσπετο, ὅστ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν.

Vide Göttling. ad Hesiod. Scutum Herculis p. 109.

p. 44, 34. *εἶναι παῖδας Ἄρεος*] Nulla vitii suspicio tetigit interpretes in hoc loco, qui non caret offensione. Scribendum duco *εἶναι ἢ παῖδας Ἄρεος ὁμολογεῖν* et sic est in Bas. Bene Xylander interpretatur: *neque Terrorem et Metum volunt deos, aut Martis esse filios.* Etiam Reiskius vitium videtur sensisse, et rectius interpungendo tollere voluisse: *ἐθέλουσι θεοὺς εἶναι, παῖδας Ἄρεος, ὁμολογεῖν.*

p. 44, 35. *Ξενοφάνης*] Xenophanis dictum Plutarchus laudat etiam in libro de Iside et Osiride p. 379 B. de superstitione p. 171 E. ibiq. Wyttenb. Clem. Alexandr. Protrept. c. II. p. 7. Sylb. *ὧν ὁ μέν τις παρεγγυᾷ τοῖς Αἰγυπτίοις· εἰ θεοὺς νομίζετε, μὴ θρηνεῖτε αὐτοὺς μηδὲ κόπτεσθε· εἰ δὲ πενθεῖτε αὐτούς, μηκέτι τούτους ἡγεῖσθε εἶναι θεούς.* Paulo aliter Aristot. Rhet. II. 23. *Ξενοφάνης Ἐλεάταις ἐρωτῶσιν, εἰ θύωσι τῇ Λευκοθέᾳ καὶ θρηνῶσιν, ἢ μή, συνεβούλευεν, εἰ μὲν θεὸν ὑπολαμβάνουσι, μὴ θρηνεῖν· εἰ δ' ἄνθρωπον, μὴ θύειν.* Conf. Nitzsch. Annot. ad Hom. Odyss. Vol. II. p. 53.

p. 44, 36. *νομίζουσι*] Ita edidi e B. E. Reisk. Vulgo *νομίζουσιν*, ut est etiam in Ald. Bas. Paulo ante E. *ἐκέλευσε τὸν Ὄσιριν ἐκέλευσεν.*

p. 44, 37. *ἰδέας*] *ἰδίας* Ald. Bas.

p. 46, 1. *οὔτε ἀκούειν ὑπομένουσιν*] V. Wyttenb. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 39 C.

p. 46, 4. *Ἀθήνησι*] Ita dedi e B. E. Vulgo *Ἀθήνησιν*. Bas. *ἀθήνησιν*. Vide Göttling. ad Hesiod. Theogon. p. 10.

p. 46, 4. *Ἐπακρίων*] Ita dedi cum Hutten. e Xylandri conjectura. Vulgo *Ἐπάκρων*. Plut. polit. praec. p. 805 D. *διὸ βελτίονα Σόλων ἔλαβεν ἀρχήν, διεστώσης εἰς τρία μέρη τῆς πόλεως, τὸ τῶν Διακρίων λεγομένων, καὶ τὸ τῶν Πεδιέων, καὶ τὸ τῶν Παραλίων. Ὑπεράκριοι* ap. Herodot. I. c. 59. *Διάκριοι* ap. Plut. vit. Solon. c. XIII. et XXIX. vocantur, *Διακριεῖς* vel *Διακρεῖς* ap. Hesych. et Steph. Byz.

p. 46, 4. *Πεδιέων*] *πεδίων* B. Ald. Bas.

p. 46, 9. *ἄλλη φέρουσαι*] *ἀλλ φέρουσαι* E.

p. 46, 12. *ἀθρόᾳ φωνῇ*] *ποιητῶν θ' οἱ κράτιστοι — ἀθρόᾳ φωνῇ* (nam est dictio Alcaei), aut *ἀθρόαις φωναῖς*, *uno ore, vel consonis vocibus, quomodo Mitylenaeos Pittacum sibi tyrannum legisse Alcaeus auctor est.* REISKIUS. Recepi Reiskii emendationem. Vulgo *ἀθρόαι φωναί*. Aristot. Polit. III. c. 9. *οὓς καλοῦσιν αἰσυμνήτας· ἔστι δὲ τοῦθ' ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν αἱρετὴ τυραννὶς, διαφέρουσα δὲ τῆς βαρβαρικῆς οὐ τῷ μὴ κατὰ νόμον, ἀλλὰ τῷ μὴ πάτριος εἶναι μόνον. Ἦρχον δὲ οἱ μὲν διὰ βίου τὴν ἀρχὴν ταύτην, οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων· οἷον εἵλοντό ποτε Μυτιληναῖοι Πιττακὸν πρὸς τοὺς φυγάδας, ὧν προειστήκεσαν Ἀντιμενίδης καὶ Ἀλκαῖος ὁ ποιητής. Δηλοῖ δ' Ἀλκαῖος, ὅτι τύραννον εἵλοντο τὸν Πιττακὸν ἔν τινι τῶν σκολίων· ἐπιτιμᾷ γὰρ, ὅτι*

*τὸν κακοπάτριδα*
*Πίτταχον πόλεως τᾶς ἀχόλω καὶ βαρυδαίμονος*
*ἐστάσαντο τύραννον μέγ' ἐπαινέοντες ἀολλέες.*

Vide Matthiae Fragm. Alc. p. 15. Plehn. Lesbiac. p. 47 sq.

p. 46, 12. *ἐπαινέοντες*] Recte conjecit Gaisford. *ἐπαινεῦντες*.

p. 46, 12. *ὥσπερ*] Male Xylander *οὐχ ὥσπερ ἔφη* legendum opinatus est, quod sit *ἀντίθετον*.

p. 46, 14. *ἡμῖν*] Ita Wyttenb. tacite edidit haud dubie recte neque, ut videtur, renitentibus libris. Vulgo *ὑμῖν*.

p. 46, 15. *εἰς τὴν Ἀκαδημίαν*] Elegantissimus locus. Charmus enim, amator Hippiae, filii Pisistrati, primus Atheniensium in Academia aram Amori dedicavit. Athen. XIII. p. 609 D. *συνέβη δὲ — τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' οὗ ἐπιγέγραπται*

*Ποικιλομήχαν' Ἔρως, σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν*
*Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.*

Pausan. I, 30. Clem. Alex. Protr. c. III. p. 13. Sylb. Secundum alios vero ipse Pisistratus statuam Amoris in Academia collocavit, v. Plut. vit. Solon. p. 79 B. Vales. ad Harpocrat. p. 40. Valcken. Eurip. Diatr. p. 157 B. C.

p. 46, 16. *συνωρίσι*] *συνώρισι* Ald. Bas. Vide Aeschyl. Agam. vs. 43. 601. Dorvill. Charit. p. 649. Wesseling. Observat. I. c. 27. Jacobs. Animadv. in Anthol. II. III. p. 120. et III. I. p. 248. Pflugk. ad Eurip. Androm. vs. 277.

p. 46, 18. *ἀχαλκεύτοις ἐζεῦχθαι πέδαις*] In E. *ἀχαλκευ ἐζεῦχθαι π.* lacuna quinque literarum. Ter laudat alibi Plutarchus ad disputationem suam accomodans hunc Euripidis versum, ut de amicor. multit. p. 96 C. *καὶ τοῦτο μάλιστα πάσχουσιν οἱ φιλόσοφοι καὶ χαρίεντες, ὡς Θησεὺς τῷ Πειρίθῳ κολαζομένῳ καὶ δεδεμένῳ πέδαις ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πόδας.* de vitioso pudore p. 533 A. *ὥσπερ ἐνέχυρον προέμενος τὴν ἐπαγγελίαν, αἰδοῦς ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις.* de frat. am. p. 482 A. *οὐδὲ ὁ ξένος αἰδοῦς*

ἀχαλκεύτοισιν ἔζευκται πέδαις. Ad Pirithoum Euripidis recte relatus est hic versus. Vide Matthiae Fragm. Eur. p. 304. Bach. ad Crit. Fragm. p. 81. Praeivit. Aeschylus, qui de vestimento, quo irretitus est Agamemnon in Choeph. vs. 491. dicit:

πέδαις δ' ἀχαλκεύτοις ἐθηρεύθης, πάτερ.

Vide Blomfield. ad Agamemn. vs. 81. Thesei et Pirithoi in inferis fata alii aliter narrant, sed Euripides videtur famam eam secutus esse, utrumque saxo quasi quibusdam occultis vinculis alligatum adhaesisse et retentum esse. Pausanias X, 29, 4. Πανύασις δὲ ἐποίησεν, ὡς Θησεὺς καὶ Πειρίθους ἐπὶ τῶν θρόνων παράσχοιντο σχῆμα οὐ κατὰ δεσμώτας, προσφυὲς δὲ ἀπὸ τοῦ χρωτὸς ἀντὶ δεσμῶν σφισιν ἔφη τὴν πέτραν. Julian. Orat. VIII. p. 242. Spanh. ἐγὼ δὲ ἀεὶ ποθῶν τὴν σὴν συνουσίαν καὶ τῆς φιλίας μεμνημένος, ἣν ἐκ τῆς ἀρετῆς μὲν μάλιστα καὶ προηγουμένως, ἔπειτα καὶ διὰ τὴν χρείαν, ἣν οὐκ ἐγὼ μέν σοι, σὺ δὲ ἐμοὶ συνεχῶς παρέσχες, ἀνακραθέντες ἀλλήλοις ὡμολογήσαμεν οὐχ ὅρκοις, οὐδὲ τοιαύταις ἀνάγκαις ταῦτα πιστούμενοι, ὥσπερ ὁ Θήσευς καὶ ὁ Πειρίθους. Lepide Alexis ap. Athen. IX. p. 379 C.

ἤδη πυκνοὶ δ' ᾄττουσιν Ἡφαίστου κύνες
κούφως πρὸς αἰθέρ', οἷς τὸ γίγνεσθαί θ' ἅμα
καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου συνῆψέ τις
μόνοις ἀνάγκης θεσμὸς οὐχ ὁρώμενος.

p. 46, 19. βαρεῖαν — ἀνάγκην] Plat. Phaedr. p. 240 C. ἀλλ' ὅμως κόρον γε καὶ ἡ τούτων συνουσία ἔχει. καὶ μὴν τό γε ἀναγκαῖον αὖ βαρὺ παντὶ περὶ πᾶν λέγεται.

p. 46, 20. φερομένης] Ita emendavi ex E. Vulgo φερομένοις. Reiskius voluerat scribi ἀλλ' ὑπόπτερος φερόμενος. Wyttenbachius autem aut legendum οἵαις — φερομέναις, ut referatur ad συνωρίσι, aut οἵαν — ὑποπτέρου φερομένης referendo ad κοινωνίας, quod vertendo expressit.

p. 46, 20. καὶ θειότερα] Reiskius mavult θειότατα.

## Caput XIX.

p. 46, 23. βίᾳ σαυτὸν ἀπάγεις] Ita correxi partim ex E. in quo est βίαις αὑτὸν ἀπάγει. Vulgo erat βιαίως ἀπάγει. B. Ald. Bas. βίαις ἀπάγει. Turn. V. Bong. βίαιος ἀπάγει. Wyttenb. edidit βιαίως σαυτὸν ἀπάγεις, male E. praebere σαυτὸν scribens. Sed ἀπάγεις, quod etiam Reiskius conjecit, haud dubie est verum. Plut. de cap. util. ex inimicis p. 88 D. ἂν δὲ λοιδορῆσαι προσαχθῇς, ἄπαγεποῤῥωτάτω σεαυτὸν, ὧν λοιδορεῖς ἐκεῖνον.

p. 46, 24. καὶ ἀποστρέφεις] Ita edidi e Reisk. et Wyttenb. conjectura. Vulgo καὶ ἀποστραφείς, quod in libris quoque repertum.

p. 46, 24. χρεωκοπῶν] Hanc verbi formam praetuli e B. E. Vulgo χρεοκοπῶν. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 390. χρεωκοπεῖν legitur etiam in Plut. de vit. aere alieno p. 829 C. de sollert. anim. p. 968 D. Ald. χρεοσκοπῶν.

p. 46, 24. τὸ φαινόμενον] Articulum omitt. Ald. Bas.

p. 46, 26. ταὐτὰ ποιεῖς] Ald. Bas. Frcf. et Reisk. ed. non male ταῦτα ποιεῖς. Vide C. Fr. Hermann. Spec. Comment. Crit. ad Plut. de superst. libellum p. 42—44.

p. 46, 28. ἀριζήλως εἰρημένα] Homer. Odyss. XII, 452 sq.

ἐχθρὸν δέ μοί ἐστιν
αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

Quibus usus est Plut. etiam in libro de garrul. p. 504 D.

p. 46, 29. μηδ' ἂν κελεύωμεν] Plat. Phaedr. p. 235 D. οὐ γὰρ ἐμοὶ ὧντινων μὲν καὶ ὅπως ἤκουσας, μηδ', ἂν κελεύω, εἴπῃς.

p. 46, 30. τὸν Αἰγυπτίων μῦθον] Ita edidi e B. E. Mez. et Reisk. conjectura cum Wyttenb. Vulgo τῶν Αἰγυπτίων μῦθον. Hutten. male edidit τὸν Αἰγύπτιον μῦθον.

p. 46, 30. εἰς ταὐτὰ] εἰς ταῦτα Ald. Bas. Frcf. et Reisk. ed. Reisk. conjecit εἰς ταὐτό.

p. 46, 31. οὐκ ἔστι] οὐκέτι B. E. οὐκ ἔτι Ald. Quamobrem fortasse scribere debebam οὐκέτι ἔστι σοι μὴ διακαλύψαι.

p. 46, 31. διακαλύψαι] διακαλῦψαι B. Ald. Bas. Tum Ald. Bas. μὴ δὲ.

p. 46, 32. διαφῆναι] Restitui lectionem B. E. Ald. Bas. Xyl. Stephanus edidit διασαφῆναι, quod sumsit ex Leonic. Schott. Anon. Wyttenb. vero διασαφῆσαι posuit eumque secutus Hutten.

p. 48, 2. δύο — Ἔρωτας] De duplice Amore et Venere, altera vulgivaga (πάνδημος), altera coelesti (οὐρανία) omnia sunt protrita. Consule Achill. Tat. II. p. 54, 5. Intt. ad Plat. Symp. p. 180 D. et ad Xenoph. Symp. VIII, 9.

p. 48, 2. τόν τε πάνδημον] τόνδε πάνδημον Ald.

p. 48, 4. Ἀφροδίτην ἔχουσι] Orationis cohaerentia nulla. Wyttenb. cum Mez. praeponendum καὶ censuit. Reiskius conjecit Ἀφροδίτην δ' ἔχουσι σελήνην, θεῶν μάλιστα. Sed huic loco et iis quae sequuntur, lubricum est et temerarium in tanta doctrinae Aegyptiacae, quam tangit Plutarchus, obscuritate manum emendatricem admovere. Quare reliqui in contextu inveterata vitia, de quibus tollendis alii viderint.

p. 48, 4. ἔχουσι] Lobeck. ad Phryn. p. 419. paene malit ἄγουσι. Vide ad Euthydem. p. 156.

p. 48, 4. μάλα] μάλα a me repositum ex E. pro vulgato μάλιστα.

p. 48, 5. πρὸς τὸν ἥλιον] πρὸς τὴν γῆν B. E. Ald. Bas. mirabili errore. Vel optimos libros turpissimis vitiis inquinatos esse novimus, ita tamen,

ut passim ex his sordibus germanam scripturam restituere liceat. Itaque vereor, ne h. l. illa librorum aperte corrupta lectio, quam critici ne mentione quidem dignam judicaverunt, faciat ad sedem inveterati mali indagandam. Scripsisse enim Plutarchum arbitror: πολλὴν μὲν Ἔρωτος ὁμοιότητα πρὸς τὸν ἥλιον, πολλὴν δὲ καὶ Ἀφροδίτης πρὸς τὴν σελήνην ὁρῶμεν οὖσαν. Nam in proximis Plutarchus non solum quae intercedat similitudo inter Amorem et Solem, sed etiam quae intercedat inter Venerem et Lunam explicat. Quare infra est: ἐοικέναι μὲν οὖν Ἀφροδίτῃ σελήνην, ἥλιον δὲ Ἔρωτι, τῶν ἄλλων θεῶν μᾶλλον εἰκός ἐστι. Librarii oculi quum aberassent a πρὸς τὸν ἥλιον ad πρὸς τὴν σελήνην factum est primum, ut omitterentur verba πολλὴν δὲ καὶ Ἀφροδίτης, tum vero, ut alii, qui inepte dici Amorem similem esse lunae intelligerent sed erroris fontem ignorarent, πρὸς τὸν ἥλιον ponerent pro πρὸς τὴν σελήνην. Γῆν vero et σελήνην non hic solum confusa sunt, sed etiam infra Reiskius verissime σελήνην δὲ — Ἀφροδίτην pro vulgato γῆν δὲ — Ἀφροδίτην scribendum esse vidit.

p. 48, 6. αὐγὴ δὲ] Ita reposui e conjectura Wyttenb. Vulgo αὐ * δὲ. In B. lacuna est quinque literarum, in E. quatuor. Reiskius optavit ἀεὶ deleto lacunae signo.

p. 48, 6. καὶ θερμότης] καὶ cum Wyttenb. adjeci e B. E. Idem ante ἡ μὲν — volui addi καί.

p. 48, 7. τροφὴν] τροφὸν Ald. Bas.

p. 48, 7. αὔξησιν] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Vulgo ἄφεσιν pro quo Reisk. voluit ἄνεσιν *remissionem*. Post ἄφεσιν in Ald. lacuna trium literarum.

p. 48, 9. μετ' ὀργὺς] μετ' ὀργῆς B. E. Ald. Bas. Plut. vit. Dion. c. XVI. ἦν οὖν τῷ Πλάτωνι συμφορὰ τὸ πάθος αὐτοῦ τοῦτο, μαινομένου, καθάπερ οἱ δυσέρωτες ὑπὸ ζηλοτυπίας καὶ πολλὰς μὲν ὀργὰς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, πολλὰς δὲ διαλλαγὰς καὶ δεήσεις ποιουμένου πρὸς αὐτόν. coll. de disc. adul. ab amic. p. 61 A. Nunc praetulerim librorum lectionem, remota distinctione post διαλλαγέντος, ut sententia existat haec: *amor cum ira et aemulatione, amasio reconciliato, suavior evadit et acrior.*

p. 48, 10. ἡδίων] Asclep. epigr. XI, 3. 4.

οὐδ' ὁ μελιχρὸς Ἔρως αἰεὶ γλυκύς· ἀλλ' ἀνιήσας
πολλάκις ἡδίων γίνετ' ἐρῶσι θεός.

Conf. Jacobs. Animadv. Anthol. I. II. p. 30 sq.

p. 48, 10. δριμύτερος] Plut. vit. Num. c. XVI. οὐδὲν γὰρ ἄλλο τῶν ἐπιτηδευμάτων οὕτως ἔρωτα δριμὺν εἰρήνης ἐνεργάζεται καὶ ταχὺν, ὡς ὁ ἀπὸ γῆς βίος. Illustraverunt voc. δριμὺς Creuzer. ad Plotin. de pulcrit. p. 314 sq. et Jacobs. ad Achill. Tat. p. 593.

p. 48, 10. ἔτι δὲ] ὅτι δὲ B. E. Ald. Bas.

p. 48, 10. ἥλιον ἅπτεσθαι καὶ σβέννυσθαι] Heracliti aliorumque respicit Plutarchus doctrinam. Plat. de rep. VI. p. 498 A. πρὸς δὲ τὸ γῆρας, ἐκτὸς δή τινων ὀλίγων ἀποσβέννυνται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, ὅσον αὖθις οὐκ ἐξάπτονται. Aristot. Meteor. II, 2. v. Schleiermacher. in Wolfii Museo Antiq. Vol. I. p. 390 sq. Ritter. Hist. Philos. T. I. p. 264. Sic Epicurei solem, lunam et reliqua astra accendi et exstingui statuebant, v. Diog. Laert. X, 92. Vid. Bake ad Cleomed. p. 424. Schneider. in Epicuri Phys. et Meteorol. p. 108.

p. 48, 11. ταὐτὰ] ταῦτα Ald. Bas.

p. 48, 13. τρόπος — ψυχῆς] Aut egregie fallor, aut hic latent aliquot versus, fortasse Euripidis:

οὔτ' Ἔρον φέρειν
δύναται ἀλύπως τρόπος ἀπαιδεύτου ψυχῆς.

Sed jure videbor quibusdam lusisse. Plat. de legg. VII. p. 797 E. μεταβολὴν γὰρ δὴ πάντων, πλὴν κακῶν, πολὺ σφαλερώτατον, εὑρήσομεν ἐν ὥραις πάσαις, ἐν πνεύμασιν, ἐν διαίταις σωμάτων, ἐν τρόποις ψυχῶν. coll. p. 803 A. VIII. p. 830 C. de republ. V. p. 449 A. περί τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου κατασκευήν, ubi Astius ψυχῆς glossatori tribuens tollendum censet.

p. 48, 14. αὐτοῦ] αὐτοῦ Ald. Bas. Tum iidem ἐκείνην pro ἐκείνῃ.

p. 48, 16. μόνων] Ita Wyttenb. edidit e B. E. Mez. Vulgo μόνον. V. ad Euthyd. p. 114.

p. 48, 18. γῆν δὲ κατ' οὐδὲν Ἀφροδίτην] Depravatus locus. Mez. delet κατ' οὐδέν. Wyttenb. pro eo conjecit κατουδαίαν. Reiskius solus intentus ei, quod requirit loci sententia, egregie conjecit σελήνην δὲ τὴν Ἀφροδίτην, quod debebam recipere. Infra c. XX. p. 766 B. ἄχρις οὗ πάλιν εἰς τοὺς Σελήνης καὶ Ἀφροδίτης λειμῶνας ἐλθὼν καὶ καταδαρθὼν ἑτέρας ἄρχηται γενέσεως. Sed non laudo Reiskium, qui cum reliquis interpretibus suspectum habuerit κατ' οὐδέν. Id enim vix mihi eripi patiar; quanquam scio Kruegerum, virum graece scientissimum (ap. Herbst. Addend. ad Xenoph. Conviv. p. 187.) negare, κατ' οὐδὲν usquam reperiri, sed Graecos pro eo dicere consuevisse οὐδὲ καθ' ἕν. Utrumque et dici potest tenui quidem, sed tamen aliquo discrimine, et dixerunt Graeci. Illud est *nulla in re* hoc *ne una quidem in re* i. e. *omnino non*, *prorsus non*. Herodot. II. c. 101. τῶν δὲ ἄλλων βασιλέων οὐ γὰρ ἔλεγον οὐδεμίαν ἔργων ἀπόδεξιν, κατ' οὐδὲν εἶναι λαμπρότητος, πλὴν ἑνὸς τοῦ ἐσχάτου αὐτῶν Μοίριος, ubi v. Wesseling. Plat. Politic. p. 302. B. οἱ περὶ τὰ πολιτικὰ κατ' οὐδὲν γιγνώσκοντες ἡγοῦνται κατὰ πάντα σαφέστατα πασῶν ἐπιστημῶν ταύτην εἰληφέναι. Plut. Consol. ad Apoll. p. 107 D. ὁ δὲ Σωκράτης παραπλήσιον ἔλεγεν εἶναι τὸν θάνατον ἤτοι τῷ βαθυτάτῳ ὕπνῳ ἢ ἀποδημίᾳ μακρᾷ καὶ πολυχρονίῳ ἢ τρίτον φθορᾷ τινι καὶ ἀφανισμῷ τοῦ τε σώματος καὶ τῆς ψυχῆς· κατ' οὐδὲν δὲ τούτων κακὸν εἶναι. de Music. p. 1132 F. τούτοις δὲ κατ' οὐδὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικε. Juncus de senect. ap. Stob. Floril. T. 115, 26. III. p. 370. Gaisf. οἱ μὲν γὰρ οὐ σῖτον ἐδουσιν, οὐδὲ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον· οἱ δὲ τοῦ περιττοῦ καὶ ἐνοχλοῦντος ἀπτόμενοι κατ' οὐδὲν τῆς χρήσεως αὐτοῦ δέονται. V. Bernhardy Synt. p. 242.

Compares etiam Plutarch. Apophthegm. p. 202 C. *Ῥωμαίους ἐποίησε κατ' οὐδένα νόμον*. Quare totum locum sic legere et interpretari placet σελήνην δὲ κατ' οὐδὲν Ἀφροδίτην καλοῦντες ἅπτονταί τινος ὁμοιότητος, *vocantes lunam Venerem secundum nihilum, de nihilo, assequuntur quandam similitudinem*, i. e. *etsi qui vocant lunam Venerem, hoc faciunt nullam certam et idoneam rationem secuti, sed casu potius delati, tamen quodammodo luna similis est Veneris.*

p. 48, 19. οἷα] Etiam hoc corruptum. Recte videtur Reiskius conjicere καὶ γὰρ αὕτη θεία καὶ οὐρανία. θεία etiam Mez. proposuit, probatum Wyttenb. In B. E. est οἷα. Fortasse latet in his καὶ γὰρ *ἱερά*. Plut. de facie in orbe lunae p. 935 B. τὴν σελήνην, γῆν οὖσαν *ὀλυμπίαν*. et paulo ante ib. ἡ σελήνη, ἥτις (γῆ inserit Turneb.) *ἱερὰ* πρὸς ἀνθρώπων νομιζομένη. de def. orac. p. 416 E. dd luna οἱ μὲν ἄστρον γεῶδες, οἱ δ' *ὀλυμπίαν γῆν*, οἱ δὲ χθονίας ὁμοῦ καὶ οὐρανίας κλῆρον Ἑκάτης προσεῖπον. Euseb. Praep. Evang. III. p. 115 D. τῆς δὲ οὐρανίας γῆς καὶ τῆς χθονίας τὴν δύναμιν Ἶσιν προσεῖπον· — *οὐρανίαν* δὲ τὴν *Σελήνην*, χθονίαν δὲ καὶ γῆν καρποφόρον, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν, λέγουσι.

p. 48, 20. ἀδρανὴς δὲ καθ' ἑαυτὴν] Lunam lucem suam accipere a Sole, docuerunt multi philosophi, ut Anaxagoras. Plat. Cratyl. p. 409 A. τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα φαίνεται τὸν Ἀναξαγόραν πιέζειν. ΕΡΜ. τί δή; ΣΩ. ἔοικε δηλοῦντι παλαιότερον ὃ ἐκεῖνος νεωστὶ ἔλεγεν, ὅτι *ἡ σελήνη ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἔχει τὸ φῶς*. Plut. de facie in orbe lunae p. 929 A. εἴ γε τῶν ἐν οὐρανῷ τοσούτων τὸ πλῆθος ὄντων *μόνη φωτὸς ἀλλοτρίου δεομένη* περίεστι, κατὰ Παρμενίδην·

αἰεὶ παπταίνουσα πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο.

Similiter Empedocles ap. eundem adversus Colot. p. 1116 A. Anaximander ap. Diog. Laert. II, 1. τήν τε *σελήνην ψευδοφαῆ καὶ ἀπὸ ἡλίου φωτίζεσθαι*. Lucret. V, 578.

*Lunaque sive notho fertur loca lumine lustrans*
*Sive suam proprio jactat de corpore lucem.*

coll. Catull. carm. XXXV. 15. Cic. de divin. II. c. 3. Vide Schaubach. Anaxag. Fragm. p. 163. Bakium ad Cleomed. p. 462.

p. 48, 25. πικρότερον λέγεσθαι] Wyttenbachium nimis festinantem, qui calidius conjecit γλισχρότερον vel ψυχρότερον, oblivio cepit eorum, quae ipse optime explicaverat ad Plut. de aud. poetis p. 28 B. ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν μὲν τοιούτων τὰς αἰτίας *πικρῶς* ἀπαιτοῦσι καὶ διαπυνθάνονται, πῶς λέλεκται etc. „*acerbe exigunt repetuntque causas.* Possit fortasse cui mendi suspicio accidere de voce πικρῶς cogitanti, hoc melius convenire in duram et acerbam debiti et pecuniae exactionem, quam in quaestionem eruditam et grammaticam, cui magis congruere videtur ψυχρῶς *frigide* vel γλίσχρως *tenuiter*, *subtiliter*, *tenaciter:* quae tria nomina frequenter inter se permutari solent a librariis. Igitur simul et hic locus vindicandus et consuetudo Plutarchi declaranda est exemplis. Opp. Mor. p. 41 A. τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων ἀκριβῆ καὶ *πικρὸν* ἐξεταστήν. p. 45 E. auditor dicta oratoris *πικρῶς* ἐξετάζειν dicitur. p. 664 D. ἀδολεσχῶ παρακαλῶν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῆς αἰτίας, ἵνα μὴ *πικρὸς* γένωμαι." Haec Wyttenbachius. Addo Plut. Symp. Quaest. Lib. IV. init p. 659.

φίλον δὲ δεῖ μὴ πικρῶς μηδὲ σοφιστικῶς ἀκούειν ἐκεῖνον τὸν ἀμετάπτωτον καὶ βέβαιον, ἀλλὰ κοινῶς τὸν εὔνουν.

p. 48, 26. ἀποστρέφει] Similiter Plutarch. cur Pythia nunc non reddat oracula carmine p. 400 D. ὁ δὲ ἥλιος ὁμοῦ τι πάντας ἀγνοεῖν τὸν Ἀπόλλω πεποίηκεν, ἀποστρέφων τῇ αἰσθήσει τὴν διάνοιαν ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐπὶ τὸ φαινόμενον. Vide O. Müller. *die Dorier* Vol. I. p. 287.

p. 48, 28. ἐν ἑαυτῷ καὶ περὶ αὐτὸν αἰτεῖσθαι] Ultimum vocabulum vitiosum. Reiskius conjecit ζητεῖσθαι, Wyttenb. desideravit αἰωρεῖσθαι vel κεῖσθαι vel διαιτᾶσθαι. Bas. καὶ περὶ αὐτὸν αἰθεῖσθαι. αὐτὸν habet etiam Ald. κεῖσθαι vel διακεῖσθαι mihi quoque placeret. Ceterum conferas Plut. Symp. Quaest. VIII, 2, 1. p. 719 A. ἐν αὐτῷ (sc. θεῷ) γάρ ἐστιν ἐκεῖνα καὶ σὺν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτόν.

p. 48, 29. τά τε ἄλλα] τά τ' ἄλλα ed. Reisk. et Hutten. Tum Ald. ἀλλθειαν.

p. 48, 29. ἐπέρωθι] ἔρωτι Turn. Vulc. et Bong. ἐπέρωτι Ald. Bas.

p. 48, 30. δυσέρωτες δὴ] δὴ edidi e B. E. et ex Euripide. Vulgo δέ. Sunt enim tres versus Euripidis ex Hippolyt. vs. 195 sqq. Iisdem utitur Plut. in libro non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1105 B. ubi est: δυσέρωτες γὰρ —. De duplici vi vocis δύσερως, qua et *misere ac perdite amantem*, ut h. l., significat et eum *amorem, quocum conjuncta amantis pernicies est*, bene egit Sintenis ad Plut. Pericl. p. 163.

p. 48, 30. φαινόμεθ' ὄντες] φαινόμεθα ἰόντες * κατὰ γῆν B. E. Ald. Bas. omissis mediis τοῦδ' ὅτι τοῦτο στίλβει, ita quidem, ut in B. E. lacuna sit duodeviginti literarum, in Ald. vero longius etiam vacuum spatium, in Bas. simplex asteriscus positus.

p. 48, 31. τοῦδ', ὅ, τι τοῦτο] Ita edidi ex mea conjectura edendumque etiam in Euripidis loco credo, ut sententiam idoneam nanciscamur. Vulgo τοῦδ', ὅτι τοῦτο. Pro τοῦτο Reisk. suspicatus οὗτος, ut intelligeretur Sol. In altero loco Plut. c. legitur τοῦδε, ὅτι τόδε, ubi Reisk. conjecit ὅ, τι τῷδε *illius, quiquid sit, quod hic in terra nitet.* τοῦτο dici puto h. l. de rebus, *quae hic sunt, sensui subjectis, terrestribus*, opp. ἄλλος βίοτος *altera vita, coelestis.* Sic ap. Platonem τάδε, ταῦτα opponuntur ἐκείνοις, quae sunt τὰ ὄντα. Phaedr. p. 250 A. ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥᾴδιον ἁπάσῃ (sc. ψυχῇ). Phaed. p. 75 E. εἰ δέ γε, οἶμαι, λαβόντες πρὶν γενέσθαι γιγνόμενοι ἀπωλέσαμεν, ὕστερον δὲ ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα ἐκείνας ἀναλαμβάνομεν τὰς ἐπιστήμας ἅς ποτε καὶ πρὶν εἴχομεν, ἆρ' οὐχ, ὃ καλοῦμεν μανθάνειν, οἰκείαν ἂν ἐπιστήμην ἀναλαμβάνειν εἴη; ubi Heindorfius ταῦτα explicat τὰ ἐνταῦθα, *ea quae in hac vita sensibus nostris subjiciuntur.* Comparavit ille Phileb. p. 58 E. ἆρ' οὖν ἐννοήσας τὸ τοιόνδε εἴρηκας, ὃ λέγεις νῦν, ὡς αἱ πολλαὶ τέχναι καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πεπόνηνται, πρῶτον μὲν δόξαις χρῶνται — — οὐκοῦν οὐ περὶ τὰ ὄντα ἀεὶ ὁ τοιοῦτος ἀνήρηται τὸν πόνον, ubi Schleiermach. conjecit περὶ τὰ ἐνταῦθα pro περὶ ταῦτα. Vide Stallb. ad Phileb. p. 194. Ast. ad Phaedr. p. 439. Bernhardy. Synt.

p. 280. De pronomine demonstrativo post relativum (ὅ, τι τοῦτο) illato disputavit Voss. ad Hom. Hymn. in Cer. p. 31 sq. ὅ, τι pro ὅτι etiam Bernhardy Synt. p. 278. proposuit sed satis obscure sententiam reddidit.

p. 48, 31. στίλβει κατὰ γῆν] Eur. Jon. vs. 83.

ἥλιος ἤδη λάμπει κατὰ γῆν.

p. 50, 1. ὁ Ἔρως] Articulum adjeci e B. E.

p. 50, 3. τῶν γενομένων ἐνταῦθα] Sententia flagitat ἐκεῖ, *ibi*, in mundo intellectuali, aut deest aliquid, v. c. τῶν ἐκεῖ, γενομένων ἡμῶν ἐνταῦθα — *memoriam rerum ibi contingentium excutit nobis huc delatis et de priore statu dejectis.* REISKIUS. Non assentior. Recte Wyttenb. interpretatus: *ita animorum, qui ex illa in hanc vitam veniunt ac mutantur, memoriam percellere Sol et inficere solet intelligentiam, cum ob voluptatem et admirationem illorum obliviscuntur.* Reiskii error inde natus, quod ἐκεῖνα nescivit, quo referret. Sed ἐκεῖνα h. l. sunt ea, *quae nobis acciderunt in pristina conditione, quae vidimus, priusquam hoc corpore inclusi sumus*, ut ταῦτα erant, *quae oculis nostris cernimus, res sensibus subjectae.*

p. 50, 4. μεταβαλόντων] μεταβαλλόντων B. E. Ald. Bas.

p. 50, 5. ὑφ' ἡδονῆς καὶ θαύματος] Infra p. 765 D. ὑφ' ἡδονῆς καὶ θαύματος ἐνθουσιῶντες — εὐπαθοῦσι τῇ μνήμῃ.

p. 50, 6. καίτοι τό γε ὕπαρ] Ita edidi ex E. Vulgo καίτοι γε ὕπαρ.

p. 50, 6. τῆς ψυχῆς] Ita Wyttenb. ex E. reposuit, sed habet etiam B. Vulgo ταῖς ψυχαῖς.

p. 50, 7. δευρὶ δὲ * τῶν ἐνυπνίων] In B. E. lacuna novem literarum capax. Reiskius eam sic explere studuit: δευρὶ δὲ γενομένη ἡ ψυχὴ τῶν ἐνυπνίων. Melior Wyttenb. ratio: δευρὶ δὲ ἀφικομένῃ, ὄναρ ἐστι, ἐν ᾧ τὸν ἥλιον, ὡς τῶν ἐνυπνίων. Equidem malim damnum sententiae illatum resarcire hoc fere modo: δευρὶ δὲ γενομένη ὄναρ τῶν ἐνυπνίων —. ὄναρ et ὕπαρ frequentissime opponuntur sibi, v. c. Plat. de rep. V. p. 476 C. D. VII. p. 520 C. IX. p. 574 D. E. p. 576 B. Politic. p. 277 D. p. 278 E. de legg. XII. p. 969 B. Tim. p. 71 E. Vide Wyttenb. ad Plut. de superstit. p. 166 A. C. Fr. Hermann. Spec. Comment. Critici ad Plut. de superst. p. 47.

p. 50, 9. δὲ οἱ] Scribe e B. E. ed. Reisk. δέ οἱ.

p. 50, 9. χεῦεν] Ita cum Wyttenb. edidi ex E. sed habet etiam B. et conjecerat Reisk. Vulgo χεῦον. Intelligendus enim est *sol.*

p. 50, 10. πειθομένῃ] Ita edidi e B. E. in quibus est πειθομένη. Vulgo πιθομένη. Sed dativum requiri, intellexerat Wyttenb. qui reposuit πιθομένῃ, scil. τῇ ψυχῇ. Reiskius voluit πειθομένη aut τιθεμένη.

p. 50, 11. σωτῆρος *] Post σωτῆρος in libris scriptis et editis lacuna, et in B. quidem duodecim, in E. novem tantum literarum.

p. 50, 11. ὅς] Adjeci ὅς cum Hutten. e conjectura Wyttenb. et Reiskii.

p. 50, 12. ἀγωγὸς] Ita edidi e B. E. et id bene Wyttenb. conjectura erat assecutus. Reiskius conjecit: ἀφικόμενος ἄγει ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Vulgo ἀγαθός. Plut. de *EI* Delph. p. 384 F. ὄρεξιν ἐμποιῶν ἀγωγὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. de fort. Alex. p. 333 B. ἡ γὰρ φύσις ἀγωγός ἐστιν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὸ καλόν. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 315. Sintenis. ad Plut. Pericl. p. 57.

p. 50, 12. τὸ ἀληθείας πεδίον] Plat. Phaedr. p. 248 B. οὗ δ' ἕνεχ' ἡ πολλὴ σπουδὴ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὗ ἐστιν, ἥ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομὴ ἐκ τοῦ ἐκεῖ λειμῶνος τυγχάνει οὖσα etc. De Platonico illo campo veritatis, certatim a posterioribus scriptoribus imitatione celebrato, doctissime egit Ast. ad Phaedr. p. 422. et Phaedon. p. 787.

p. 50, 13. οὗ — ἵδρυται κάλλος] Plat. Phaedr. p. 254 B. ἰδόντος δὲ τοῦ ἡνιόχου ἡ μνήμη πρὸς τὴν τοῦ κάλλους φύσιν ἠνέχθη, καὶ πάλιν εἶδεν αὐτὴν μετὰ σωφροσύνης ἐν ἁγνῷ βάθρῳ βεβῶσαν, ubi v. Ast. p. 477.

p. 50, 13. ἀσπάσασθαι] Supple αὐτό, τὸ κάλλος, quod moneo propter Reiskium et Wyttenb. qui conjecerant κάλλος, ὃ ἀσπάσασθαι, quod incaute Hutten. recepit. De διὰ χρόνου vide ad Euthyd. p. 13.

p. 50, 14. ποθοῖντας] Ita edidit Wyttenb. ex B. E. et Reisk. conjectura. Vulgo ποθοῦνται.

p. 50, 14. ἐξαναφέρων] ἐξαφέρων Ald. Bas. De h. v. vide Wyttenb. ad Plut. de sera vind. num. p. 550 C. Baehr. ad Alcib. p. 258. Errore operarum in meae edit. textu legitur ἐξαναφέρον.

p. 50, 15. αὐτῇ μὲν οὖν οὐ πλησιάζει ψυχῇ] Ita cum Hutten. edidi, Mez. secutus. Vulgo αὐτὴ μὲν οὐ πλ. ψυχή. αὐτῇ — ψυχῇ etiam Wyttenb. reposuit, simul tamen probans Mez. οὖν, dirimens verba ἐνταῦθα πάλιν πεμπομένων a proximis majore distinctione. Sed nunc aliter sentio locumque sic integrum et sanum praestari credo: ἐνταῦθα δὲ πάλιν πεμπομένων, αὐτῇ μὲν οὐ πλησιάζει τῇ ψυχῇ. Vitium ne Reiskium quidem latuisse videtur, qui conjecit: ἅτε τῶν ἐνταῦθα etc. Xylander: *huc rursum missis, ipsa quidem per se anima non congreditur, sed per corpus.*

p. 50, 17. ἐφ' ἑαυτῶν] ἀφ' ἑαυτῶν Turn. Vulc. et Bong. Sed vide Wyttenbach. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 41 B. Stallbaum. ad Plat. Symp. p. 103.

p. 50, 19. δωδεκαέδρων] Dodecaedro Plato figuram mundi comparavit, v. Plut. de def. oracul. p. 423 A. p. 427 A. B. p. 428 A. D. de placit. philosoph. II, 6. p. 887 C. Quaest. Platon. p. 1003 C. Mathematici pueris, nondum adsuetis contemplationi formarum corporis et passionis expertium, cum alia tactilia et visilia effingebant sphaerarum et cuborum exempla, tum *pilas duodecim laterum coriaciorum*, quibus illustrarent Platonis doctrinam. Id concludere par est ex Plat. Phaed. p. 110 B. πρῶτον μὲν εἶναι τοιαύτη ἡ γῆ αὐτὴ ἰδεῖν, εἴ τις ἄνωθεν θεῷτο, ὥσπερ αἱ δωδεκάσκυτοι σφαῖραι, ποικίλη, χρώμασι διειλημμένη, ὧν καὶ τὰ ἐνθάδε εἶναι χρώματα ὥσπερ δείγματα. Rem

docte illustravit Wyttenb. ad l. c. p. 304 sqq. cui perperam oblocutus est Ast. p. 801. T. XI. Quibus illustrari oportet glossam Timaei p. 217. Πεττεία, ἡ διὰ ψήφων παιδιά. ἔστιν δὲ ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει. Spectat hoc ad Plat. Phaedr. p. 274 C. τοῦτον δὲ πρῶτον (sc. Θεῦθ) ἀριθμόν τε καὶ λογισμὸν εὑρεῖν καὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρονομίαν, ἔτι δὲ πεττείας τε καὶ κυβείας, καὶ δὴ καὶ γράμματα. Hic veteres quosdam interpretes non illum vulgarem *calculorum ludum* significari, sed mathematicam Aegyptiorum, quae tabula erat *duodecim lineis conscripta*, cursum Solis et Lunae per duodecim Zodiaci signa ostendens, intellexisse testatus est Eustath. ad Hom. Od. p. 1397. Immerito exploserunt hanc opinionem Ruhnk. l. c. et Pierson. ad Moer. p. 307. Primum enim diserte narrat Plat. de legg. VII. p. 819 B. Aegyptiorum pueros literas, arithmeticam, geometriam et astronomiam didicisse cum joco et voluptate, πρῶτον μὲν γὰρ περὶ λογισμοὺς ἀτεχνῶς παισὶν ἐξευρημένα μαθήματα μετὰ παιδιᾶς τε καὶ ἡδονῆς μανθάνειν etc. ib. p. 820 C. προβάλλοντα τε ἀλλήλοις ἀεί, διατριβὴν τῆς πεττείας πολὺ χαριεστέραν πρεσβυτῶν διατρίβοντα, φιλονεικεῖν ἐν ταῖς τούτων ἀξίαισι σχολαῖς. ΚΛΕΙ. Ἴσως· ἔοικε γοῦν ἥ τε πεττεία καὶ ταῦτα ἀλλήλων τὰ μαθήματα οὐ πάμπολυ κεχωρίσθαι. Duplici modo ibi Astius a vero aberravit, et quod illud πρεσβυτῶν non recte expedivit, quod explicandum est τῆς τῶν πρεσβυτῶν πεττείας, et quod οὐ ante πάμπολυ delevit, ad sententiam perquam necessarium. Tum vero Plato non uno loco πεττείαν conjunxit cum arithmetica et geometria, v. c. Gorg. p. 450 D. οἷον ἡ ἀριθμητικὴ καὶ λογιστικὴ καὶ γεωμετρικὴ καὶ πεττευτική γε καὶ ἄλλαι πολλαὶ τέχναι. Denique non est silentio praetermittendus locus Plat. de Isid. et Osir. p. 355 D. ἐρῶντα δὲ τὸν Ἑρμῆν τῆς θεοῦ συνελθεῖν, εἶτα παίξαντα πέττια πρὸς τὴν σελήνην καὶ ἀφελόντα τῶν φώτων ἑκάστου τὸ ἑβδομηκοστὸν etc.

p. 50, 19. προτείνουσιν] Plut. Quaest. Symp. IX, 2, 1. p. 737 C. καὶ τοὺς συλλαχόντας ἀλλήλοις προτείνειν φιλόλογα ζητήματα. de rect. aud. rat. p. 43 D. ibiq. Wyttenb. Plat. de legg. X. p. 895 E. de rep. II. p. 382 A. Conf. Blomf. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. vs. 802.

p. 50, 20. ἔσοπρα] Hanc formam praetuli e B. E. Ald. ἔσοπτρα. Vulgo εἴσοπτρα. ἔσοπτρον etiam alibi Plutarchus semper scripsit, v. c. de fortun. Roman. p. 317 F. de sent. prof. in virt. p. 85 B. et al.

p. 50, 20. θεῶν] Wyttenb. corrigere voluit: θείων, παθητὰ ἀπαθῶν, καὶ νοητῶν αἰσθητά, Reiskius vero θν. μ. θεῶν, καὶ παθητὰ νοητῶν.

p. 50, 21. αἰσθητὰ] αἰσθητά, quod vulgo aberat sed etiam in B. legitur, accedere jussit Wyttenb. ex E. Plut. de animi tranq. extr. οἷα νοῦς θεῖος, αἰσθητὰ νοητῶν μιμητά (f. μιμήματα) φησιν ὁ Πλάτων. vit. Num. c. VIII. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος αἰσθητὸν ἢ παθητόν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον.

p. 50, 22. στίλβοντα] Reisk. conjecit στιλβόντων. Plat. Phaed. p. 110 D. καὶ γὰρ αὐτὰ ταῦτα τὰ κοῖλα αὐτῆς — χρώματός τι εἶδος παρέχεσθαι, στίλβοντα ἐν τῇ τῶν ἄλλων χρωμάτων ποικιλίᾳ.

p. 50, 23. ἀναφλεγομένην] V. Baehr. ad Plut. Alcib. c. XVII.

p. 50, 23. ἔνιοι φίλων] Reisk. voluit ἔνιοι τῶν φίλων, et post πειρώμενοι βίᾳ, quo vix opus.

p. 50, 25. καπνοῦ καὶ ταραχῆς] Plut. de ira cohib. p. 453 F. ὁ δὲ θυμὸς — ἐξοικίσας τελείως καὶ ἀποκλείσας, ὥσπερ οἱ συνεμπιπρῶντες ἑαυτοὺς ταῖς οἰκίαις, πάντα ταραχῆς καὶ καπνοῦ καὶ ψόφου μεστὰ ποιεῖ τὰ ἐντός, ὥστε μήτ' ἰδεῖν μήτ' ἀκοῦσαι τῶν ὠφελούντων.

p. 50, 26. σκοτίους] σκότους B. E. Ald.

p. 50, 26. ἀκλινῶς] ἀκλεῶς Reisk. conjecit et reposuerunt hoc Wyttenb. et Hutten. e Mez. et cod. P. Tenui ἀκλινῶς; nam ἀκλινῶς ῥυέντες πρὸς ἡδονὰς videntur ii dici, qui ad voluptates et libidines turpes *non declinantes*, *sed recta* lati ruunt. Vide Sosipatri Epigr. II, 4. Br. Anal. I. p. 504.

ἤνυεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον,

ubi similiter illa vox dubitationibus fuit obnoxia. Jacobs. enim in Animadv. Anthol. II, 2. p. 408. conjecit ἀκέντητος. Hesych. ἀκλινῶς explicat per ἀῤῥεπῶς.

p. 50, 29. ὥς τις εἶπε] Epicurus videtur intelligendus esse, de cujus libro περὶ ἔρωτος dixi quaedam supra p. 99.

p. 50, 30. διάχυσιν] Ita dedi cum Wyttenb. et Hutten. e Xyl. vers. et Reisk. (qui praeterea post δὲ insertum voluit ἐμποιούσης). Vulgo διάλυσιν. Vide Plat. Cratyl. p. 419 C. et Symp. p. 206 E. Wyttenb. ad Plut. S. V. N. p. 103. Plut. de def. orac. p. 432 E. θερμότητι γὰρ καὶ διαχύσει πόρους τινὰς ἀνοίγειν φανταστικοὺς τοῦ μέλλοντος εἰκός ἐστιν.

p. 50, 32. οὐκ ἂν ὁ πολὺς χρόνος] Reisk. conjecit οὐκ ἂν ᾖ πολὺς χρόνος, debebat potius ἂν εἴη, at ne hoc quidem necessarium. Wyttenb. voluit φιλοφροσύνης. Οὐκοῦν πολὺς χρόνος —.

p. 52, 1. ἐκκαλούμενος τὰς ὄψεις] Etiam haec corrupta. Reisk. conjecit ἐκκλίνοντες τὰς ὄψεις, καὶ καθορῶσι. De καὶ consentio, v. Matth. Gr. p. 1257 sq. Wyttenb. suspicatus: ἐκκεκαλυμμένοι τε τὰς ὄψεις: vel, ὅ, ἐκκεκαλυμμένοι τὰς ὄψεις, καθορῶσι — *intus feruntur*, *indolemque attingentes eorum*, *quam aperto jam evolutoque visu intuentur*.

p. 52, 1. συγγίνονται διὰ λόγων] Plut. de sent. prof. in virt. p. 80 E. τὸν φιλόκαλον καὶ φιλόσοφον συνόντα διὰ τῶν πράξεων τῇ ἀρετῇ καὶ χρώμενον αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ σιωπῇ μέγα φρονεῖν. Symp. Quaest. VI. p. 686 D. κατέλιπον παραδείγματα τοῦ — συνεῖναι διὰ λόγων ἀλλήλοις. Vide supra p. 105.

p. 52, 2. περίκομμα] pr. *circumcisum*, quod coci a carnibus circumcidentes auferunt, tum edulium factum e parvis carnium frustis, *minutal*, v. Is. Casaub. ad Athen. IX, 7., h. l. interprete Schneidero s. v. videtur esse i. q. περιγραφή, περικοπή, *Umriss*, extrema lineamenta, forma.

p. 52, 3. ἔχωσιν] Wyttenb. mavult εὕρωσιν aut ἕλωσιν.

p. 52, 7. περισπῶντες] Reisk. vult aut περιστάντες, aut περιέποντες, et post συμπαθοῦσι, Wyttenb. autem σκιρτῶντες. περισπᾷν h. l. videtur esse περιβάλλειν, *complecti*, *amplecti*.

p. 52, 7. εὐπαθοῦσι] Verbum εὐπαθεῖν *suaviter affici*, *voluptate frui*, hic quidem e Plat. Phaedr. p. 247 D. ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὂν ἀγαπᾷ τε καὶ θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ susceptum, illustraverunt Wyttenb. ad Plut. apophth. reg. et duc. p. 176 B. Lobeck. Phryn. p. 283. Bake ad Cleomed. p. 428. Baehr. Plut. Pyrrh. p. 206.

p. 52, 7. τῇ μνήμῃ καὶ ἀναλάμπουσι] Haec verba primus Wyttenb. adjecit e B. E. Verbum ἀναλάμπειν eleganter h. l. adhibitum a Plut. cujus vim non assecutus Wyttenb.; est enim saepe *e deliquio ad se redire*, tum *refici*, *recreari*. Plut. vit. Brut. c. XV. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκείνην μὲν ἀναλάμψασαν ἐν βραχεῖ καὶ παρ' ἑαυτῇ γενομένην αἱ γυναῖκες ἐθεράπευον. Symp. Quaest. VI, 8. p. 694 F. — Tum Ald. ἀληθῶς.

## Caput XX.

p. 52, 10. προσπαίζοντες — τῷ θεῷ] Verbum προσπαίζειν Plutarchus cum dativo jungere solet, v. c. Quaest. Symp. VII, 6, 3. p. 709 A. ib. 7. p. 710 E. IX, 5, 2. p. 740 B. Apophthegm. p. 197 D. de Socrat. genio p. 579 C., Plato cum accusativo, v. c. Phaedr. p. 265 D. Epinom. p. 980 A. Euthydem. p. 285 A. ut e libris restitutum. Nam in libr. de legg. VI. p. 778 A. absolute videtur capiendum, ut II. p. 655 E. X. p. 885 C. Vide de h. v. Ast. ib. p. 93 et 325. et ad Phaedr. p. 544. Lobeck. Phryn. p. 463. Baguet. ad Dion. Chrys. VIII. p. 54.

p. 52, 11. ἐπικωμάζοντες] Reiskius temere vult ἐγκωμιάζοντες.

p. 52, 14. θεῶν] θειῶν B. E. Ald. Bas. — Hi versus, in quibus digerendis secutus sum Gaisfordium in poet. min., Alcaei sunt, quod nobis innotuit Etymologico Ms. Parisino s. Ἵμερος· — τὰ ἄνθη λέγουσιν Ἵμερα, ἐπεὶ ἐν τῷ ἔαρι φύονται, ὅτε καὶ τὰ ἐρωτικὰ θερμότερά ἐστι. τούτου χάριν καὶ ὁ Ἀλκαῖος Ζεφύρου καὶ Ἴριδος τὸν Ἔρωτα φησίν. ap. Valcken. Diatr. p. 161. a. quem Ἔριδος (v. Th. Bergk. Comment. de Soph. fragm. p. 10 sq.) requirentem egregie refutavit Lobeck. ad Soph. Aj. p. 362. ed. II. allatis praeter nostrum locum Nonno XXXI. 110. et Eustathio p. 391. Antagoras ap. Diog. Laert. vit. Crant. IV, 27. de Amore

ἢ σέ γε Κύπριδος υἷα (sc. εἴπω) περίφρονος, ἦε σε γαίης,
ἢ ἀνέμων· τοῖος σὺ κακὰ φρονέων ἀλάλησαι.

De ventorum vi animandi cf. Lucian. Bis Accus. c. I. Jacobs. ad Philostr. Imag. 256 sq. Lobeck. Aglaoph. I. p. 760. Ast. ad Plat. de leg. p. 421.

p. 52, 15. ἐγείνατ'] Scripsi cum Gaisf. Vulgo γείνατο.

p. 52, 15. Ἶρις] Ἴρις B. Ald. Bas. et iidem sic semper infra.

p. 52, 16. χρυσοκόμᾳ] χρυσοκόμης vulgo Apollo dictus, ut Pind. Olymp. VII, 32. VI, 41. v. Musgrav. ad Eur. Iph. Taur. vs. 1204. Bœckh. Pindar. fragm. p. 630, tum interdum ipse Amor, ut Anacreonti fragm. XV. p. 99. ed. Bergk. Ceterum Ζεφύρῳ scribendum in textu.

p. 52, 17. ὑμᾶς] ἡμᾶς male ex ed. Frcf. transierat in Reisk. Recte ὑμᾶς ed. prior. restituere Wyttenb. et Hutten. Reisk. voluit καὶ ἐνταῦθα ἡμᾶς.

p. 52, 19. πρὸς τί γὰρ] πρός τι γὰρ Ald. Bas. In iisdem post ἕτερον lacuna, sed jam Xylandro nil deesse visum. Tum in mea edit. ἀκούετε, excudendum erat.

p. 52, 21. ὄψεως πάθος] Nescio, an non vitiose sic trajecta sint verba in hunc ordinem redigenda: ἀνάκλασις δήπου τῆς ὄψεως ἐστὶ τὸ περὶ τὴν ἶριν πάθος. REISKIUS. Sed vide Plut. de facie in orbe lunae p. 920 C. ὁ λέγων τὸ φαινόμενον εἶδος ἐν τῇ σελήνῃ πάθος εἶναι ὄψεως. De arcu caelesti quid visum sit veteribus, declaravit Plut. de placit. philos. III, 5. p. 894. de facie in orbe lunae p. 921 A. ὥσπερ οὖν τὴν ἶριν οἴεσθε ὑμεῖς ἀνακλωμένης ἐπὶ τὸν ἥλιον τῆς ὄψεως ἐνορᾶσθαι τῷ νέφει λαβόντι νοτερὰν ἡσυχῇ λειότητα καὶ * ξιν. de Isid. et Osir. p. 358 F. καθάπερ οἱ μαθηματικοὶ τὴν ἶριν ἔμφασιν εἶναι τοῦ ἡλίου λέγουσι ποικιλλομένην τῇ πρὸς τὸ νέφος ἀναχωρήσει (Reisk. ἀνακλάσει) τῆς ὄψεως.

p. 52, 22. πάχος] πάθος B. E. Ald. Bas. Ex iisdem infra dedi ἐπεργάσηται pro vulg. ἐνεργάζηται.

p. 52, 25. μηχάνημα καὶ σόφισμα] Plut. Symp. Quaest. VI, 7, 1. p. 692 D. ἀλλὰ σόφισμα τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς καὶ μηχάνημα πολυποσίας. Ceterum Reisk. nostro loco voluit scribi: τοιοῦτο δὴ καὶ τὸ ἐρωτικὸν ὂν μηχάνημα —.

p. 52, 29. ὥσπερ ἐν κατόπτροις] Phaedr. p. 255 D. ὥσπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθε.

p. 52, 31. ὁ τοῦ Ἰξίονος] Sic emendavi e mea conjectura vulgatam, omni sensu cassam, ὁ τοῦ πλείονος, quanquam ne minima quidem vitii suspicio interpretes tetigit. Quam vero facile *ΙΞΙΟΝΟΣ* transire potuerit in *ΠΛΕΙΟΝΟΣ*, non opus est multis demonstrare. Comparat Plutarchus homines eos, qui in mulieribus et pueris tanquam in speculis pulcri expressam imaginem consectantur et apprehendunt sed nihil stabilius voluptate dolori permixta consequi possunt, cum vertigine et errore Ixionis, qui pro Junone nubeculam amplexus est, quum is, qui vere et ingenue amat, ab humana ad coelestem solaque mente contuendam pulcritudinem reflectatur. Usus est Plutarchus illa comparatione etiam alibi, v. c. Agid. c. I. οὐκ ἀτόπως τινὲς οὐδὲ φαύλως συγκεῖσθαι πρὸς τοὺς φιλοδόξους ὑπονοοῦσι τὸν ἐπὶ τῷ Ἰξίονι μῦθον, ὡς δὴ λαβόντι τὴν νεφέλην ἀντὶ τῆς Ἥρας καὶ τῶν κενταύρων οὕτως γενομένων. καὶ γὰρ οὗτοι τῆς ἀρετῆς ὥσπερ εἰδώλῳ τινὶ τῇ δόξῃ συνόντες οὐδὲν εἰλικρινὲς οὐδ' ὡμολογημένον ἀλλὰ νόθα καὶ μικτὰ πολλὰ πράττουσιν. Cum principibus esse philosophandum p. 777 E. ἀλλ' οὗτοι μὲν, ὡς ὁ Ἰξίων διώκων τὴν Ἥραν ὤλισθεν ἐς τὴν νεφέλην, οὕτως ἀντὶ τῆς φιλίας εἴδωλον ἀπατηλὸν καὶ πανηγυρικὸν καὶ περι-

φερόμενον ὑπολαμβάνουσιν. Conf. Julian. Orat. VII. p. 206 C. ex emend. Wyttenbach. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 38 E.

p. 52, 32. θηρωμένου] Ita correxi cum Wyttenb. vulgatum θηρωμένους. Reisk. voluit ὥσπερ σκιᾶς, θηρωμένου. Bas. θηρομένους.

p. 52, 33. ταῖν χεροῖν] Ita dedi ex E. Vulgo ταῖς χερσίν. Plut. Symp. Quaest. II, 4. p. 638 D. τούτῳ γὰρ μάλιστα τῷ μέρει ταῖν χεροῖν ἐνεργοῦσιν οἱ παλαίοντες. Utuntur Graeci duali etiam ubi de pluribus loquuntur. Vide Pflugk. ad Eur. Alcest. vs. 19. — Ante τὴν ἶριν ἐλεῖν Ald. Bas.

p. 54, 3. τουτὶ τὸ φῶς ἐπιποθοῦντες] Alexis ap. Athen. XI. p. 463 D.

ἀφειμένους ἐκ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ σκότους
εἰς τὴν διατριβήν, εἰς τὸ φῶς τε τοῦθ' ὃ δὴ
ὁρῶμεν.

Pro ἐπιποθοῦντες male conjecit Wyttenb. ἔτι ποθοῦντες, v. Plut. vit. Philop. c. XXI. de exsilio p. 601 D. de Pyth. orac. p. 409 D. non posse suaviter. vivi sec. Epic. p. 1093 A. Plat. Protag. p. 329 D. de legg. IX. p. 855 E. Symp. p. 204 D. e libris. Ast. ad Phaedr. p. 284. Stallb. ad de rep. IX. p. 571 A.

p. 54, 4. οὔτ' ἐκεῖ] Wyttenb. de suo dedit οὔτε ἐκεῖ, invitis et libris et edd.

p. 54, 5. ἐν θύραις — κυλινδοῦνται] Pollux VI, 42, 188. ἑταιριστής, περὶ τὰς τῶν ἑταιρῶν θύρας κεκυλινδημένος, ἐν οἰκήματι ζῶν. Xylander non recte vertit: *huc rursum profugientes ad fores et domicilia recens maritatorum.* δωμάτια enim sunt *cubicula, muliebria conclavia.* Vide Casaub. ad Theophrast. Char. p. 154. Dorvill. Charit. p. 468. De κυλινδεῖσθαι vide Hemsterhus. ad Luc. T. I. p. 71. Bak. ad Cleomed. p. 440. Dindorf. ad Isocr. Panegyr. p. 98. Held. ad Plut. Timol. p. 464.

p. 54, 6. δυσόνειρα] Ita emendavit Wyttenb. e B. E. idque conjectura assecutus erat Reisk. Vulgo δύσοναρ. Nam alieni sunt generis, quae attulit Lobeck. Phryn. p. 423, ut αἱ ὄναρ φαντασίαι, τὰ ὄναρ θεάματα. Plut. de aud. poet. p. 15 B. δυσόνειρον δὲ ὕπνον ποιεῖ, φαντασίας ταραχώδεις καὶ ἀλλοκότους δεχόμενον. Symp. Quaest. VIII, 10. p. 734 F. βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων. De sent. prof. in virt. p. 83 D. οἷς οὖν οὕτως εὐόνειρα καὶ φανὰ καὶ ἄλυπα. Jamblich. V. P. 65. 114. Symp. Quaest. VI. init. p. 686 B. αἷς ὕπνοι τε καθαροὶ καὶ βραχυόνειροι φαντασίαι — ἕπονται. De oracul. def. p. 437 F. ὥσπερ αὖ πάλιν ἡ τῶν μελαγχολικῶν πολυόνειρος καὶ πολυφάνταστος, εἰ καὶ δοκεῖ τὸ εὐθυόνειρον αὐτοῖς ὑπάρχειν.

p. 54, 6. φαντασμάτια] Eleganter Plutarchus in rem suam convertit, quae Plato in Phaed. p. 81 C. D. de iis dicit, qui in superiores regiones delati, sed nondum satis purgati, acri ibi rerum, quae in terra sunt, desiderio tenentur, ita ut huc reversi circa tumulos, busta versentur, ut spectra. Sed dignus est totus locus, qui adscribatur: ἐμβριθὲς δέ γε — τοῦτο οἴεσθαι χρὴ εἶναι καὶ βαρὺ καὶ γεῶδες καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ βαρύνεταί τε καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον, φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ Ἅιδου, ὥσπερ

λέγεται, περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους κυλινδουμένη, περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, αἱ μὴ καθαρῶς ἀπολυθεῖσαι, ἀλλὰ τοῦ ὁρατοῦ μετέχουσαι, διὸ καὶ ὁρῶνται. Ibi σκιοειδῆ φαντάσματα recte tenuit Astius p. 636. contra eos, qui renitentibus libris reposuerunt σκοτοειδῆ φάσματα. Vide etiam Wyttenb. p. 209 sq. Si vere scripsit Plutarchus φαντασμάτια, non φαντάσματα, ut est in Platonis loco, egregie adhibitam diminutivam formam ad extenuandam istorum hominum conditionem judico. Nam φαντασμάτια δυσόνειρα non interpretor cum Xylandro: *imagunculae difficilia exhibentes somnia*, sed *pravae species*, *spectra*, *simulacra*, *hominum tenues umbrae*. Quae imbecilla sunt ac debilia, ea comparantur ὀνείροις, ut *senes* dicit Eurip. Aeol. fr. XVIII. ὀνείρων μιμήματα. coll. Aeschyl. Agam. vs. 1218. Vide Intt. ad Pind. Pyth. VIII, 96. Jacobs. Animadv. Anthol. II. III. p. 227 et 236. Egregie nostrum locum illustrant ea, quae Creuzer. ad Herodot. VI, 69. attulit.

p. 54, 9. καὶ κατωργίασται] καὶ τωργίαται Ald. Bas. Xyland. suspicatus καὶ ὠργίασται. Plut. an seni respubl. ger. p. 792 F. οὐκοῦν μηδὲ σεαυτὸν οἷον δεῖν τῶν πολιτικῶν ἱερῶν ἔξαρχον ὄντα καὶ προφήτην, ἀφεῖναι τὰς τοῦ Πολιέως καὶ Ἀγοραίου τιμὰς Διός, ἔκπαλαι κατωργιασμένον αὐταῖς. coll. de garrul. p. 505 E. de def. orac. p. 415 A. Illustratur noster locus e Plat. Phaedr. p. 250 B. C. κάλλος δὲ τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῷ μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν, — εἶδόν τε καὶ ἐτελοῦντο τῶν τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην, ἣν ὠργιάζομεν.

p. 54, 9. περὶ τὸν αὐτοῦ θεὸν] Ita reposui e bona Wyttenb. conjectura. Vulgo περὶ τὸν αὐτὸν θεόν. Xylander vertens: *semper circa Themidem versatur* quid secutus fuerit, nescio. Ald. Bas. περὶ τὴν αὐτὸν θεόν. Reiskius conjecit περὶ αὐτὸν τὸν θεὸν τὸν ἄνω. Sed vide Plat. l. c. ἑπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, et praecipue ib. p. 252 C. D. τῶν μὲν οὖν Διὸς ὀπαδῶν ὁ ληφθεὶς ἐμβριθέστερον δύναται φέρειν τὸ τοῦ πτερωνύμου ἄχθος· ὅσοι δὲ Ἄρεώς τε θεραπευταὶ καὶ μετ' ἐκείνου περιεπόλουν κ. τ. λ. tum ib. D. καὶ οὕτω καθ' ἕκαστον θεόν, οὗ ἕκαστος ἦν χορευτής, ἐκεῖνον τιμῶν τε καὶ μιμούμενος εἰς τὸ δυνατὸν ζῇ, ἕως ἂν ᾖ ἀδιάφθορος, καὶ τὴν τῇδε πρώτην γένεσιν βιοτεύει. Vide quae attuli supra p. 132.

p. 54, 11. καταδαρθὼν] καταδαρθῶν Ald. et post ὑποθέσει.

p. 54, 14. Εὐριπίδης] Hippol. vs. 7. 8.

ἔνεστι γὰρ δὴ κἂν θεῶν γένει τόδε,
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

coll. Suppl. vs. 232. Alcest. vs. 52. Ovid. Fast. V, 297. Idem respexit Plut. Alcib. comp. c. Coriol. c. V. Ἀλκιβιάδης μὲν οὖν οὐκ ἠρνεῖτο τιμώμενος χαίρειν, καὶ δυσφορεῖν παρορώμενος. Hippocrat. de Aer. et Aq. III. p. 104. ed. Cor. εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσιν οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων.

p. 54, 15. εὐμενέστατος] Similes poetarum sententias collegit Jacobs. Animadv. Anthol. I. II. p. 110.

p. 54, 16. ἀπανθαδισαμένοις] Ita reposui partim ex E. in quo est ἀπανθασαμένοις. Vulgo ἀπανθαδιαζομένοις. Plat. Apol. Socr. p. 37 A. Bekkerus ἀπανθαδιζόμενος restituit e plerisque libris pro ἀπανθαδιαζόμενος. coll. p. 34 E. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 66 sq.

p. 54, 17. ὁ Ξένιος] ξένος hic habet editio Francfurt. quod est vitium typographicum, pro quo recte dat editio Stephani ξένιος, quod pro more meo notare omitterem, nisi necesse judicasset cl. Abresch. in Lection. Aristaenet. p. 187. Ego legem hanc mihi scripsi, ut vitia mere typographica praeteream. REISKIUS.

p. 54, 17. οὕτως] Ita dedi ex E. Vulgo οὕτω.

p. 54, 17. ταχὺ, ὡς] ταχέως καὶ B. Ald. ταχέως ὡς Bas.

p. 54, 18. ἀγνωμονηθεῖσιν] γνώμη saepe a ratione et prudentia transfertur ad animi sensus; hinc εὐγνώμων est *aequus*, *lenis*, *mansuetus* (Plut. de fort. Alex. p. 332 E.), ἀγνώμων *iniquus*, *humanitatis expers* (Soph. Oed. Col. vs. 86. Trachin. 473. 1266. Buttm. Ind. in Demosth. Mid. p. 163.), εὐγνωμονεῖν *lenem et mitem se gerere*, ut Plut. vit. Flamin. c. I., ἀγνωμονεῖν *inique et improbe agere*, ut vit. Alcib. c. XIV; unde ἀγνωμονεῖσθαι, uti nostro loco, dicuntur, qui *hujuscemodi injuria afficiuntur*, *indigna et iniqua patiuntur*. Conf. Plut. de virt. mulierum p. 249 F. de frat. amore p. 483 C. Bene igitur ibid. p. 484 A. καὶ πολλὰ περὶ τὴν νέμεσιν ἀγνωμονευόμενος conjecit Wyttenb. ἀγνωμονούμενος. Sic ἀγνωμοσύνη est *insolentia et importunitas ex mente vel stolida vel iniqua profecta*, v. Wesseling. ad Herod. II, 172. Sintenis. ad Plut. Pericl. p. 62.

p. 54, 19. κολαστὴς] Ἀντέρως vocabatur deus, qui amorem spernentes ulciscitur, secundum Pausan. I, 30. Sed vide quae disputaverunt de hoc deo Passow. s Ἀντέρως. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 492. Jacobs. ad Aelian. H. A. p. 499. et Anthol. III. II. p. 24 sq.

p. 54, 19. Εὔξύνθετον καὶ Λευκομάντιδα] Εὔξύνετον pro Εὔξύνθετον suspicatus Reisk. Vulgata etsi mihi quoque suspecta, tamen sustentatur Strab. X. p. 478. Casaub. Ἐκ δὲ Λεβῆνος ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἔρωτος λόγῳ· ἄθλων ὧν ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πραίσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ. Ibi nomen amatoris variatur in libris scriptis Εὐξώθεος, Εὐξύνθεος, Εὐξύνθιος. Coraes nomen Εὐξίθεος fuisse conjecit. Alium vere videtur auctorem secutus esse Plutarchus, quam Strabo. Nam Plutarchea narratio de juvene et puella est, et ad insulam Cyprum pertinet. Vide Schneider. ad Fragm. Theophr. T. V. p. 199 et 293.

p. 54, 22. παρακύψασα] De παρακύπτειν v. Aristoph. Pac. vs. 980. Blomf. Glossar. Aeschyl. Agam. vs. 721. — Ante Ald. παρούσης.

p. 54, 25. εὐτελῆ] εὐτελῆ abest ab E. sed pro hoc lacuna octo literarum.

p. 54, 25. ὅμως] Reisk. ἀλλ' ὅμως, aut ὅμως δὲ — conjecit. Tum Ald. Bas. αὐτόν.

p. 54, 28. τοὺς] Articulum, quem Reisk. adjectum voluit ex conjectura, nunc obtulerunt B. E.

p. 54, 28. πεπεικώς *] Vel lippus videat, Gorgus historiam non esse finitam et multa, ut et alias, periisse. Et quae subsequuntur, itidem male sunt affecta, et sine boni libri subsidio inemendabilia. XYLANDER. Turn. et Bong. post. πεπεικὼς addunt λείπει. Sed neque in B. E. neque in Ald. Bas. lacunae vestigium.

## Caput XXI.

p. 54, 32. κινεῖν καὶ γαργαλίζειν] Apertum est, Epicuri, qui omnem voluptatem posuit in sensuum quadam titillatione, placitum tangi. Ad quam ipsam *titillationem*, qua voluptas efficiatur, significandam ille usus est voc. κίνησις, optimos secutus auctores, quibus saepe κινεῖν est *movere jucunde et leniter*, *fricare*, *irritare*, *titillare*. Permirum vero est, homines eruditos fuisse, qui voc. illud hac vi positum infesto et quasi internecivo odio persecuti sint. Hesychius Γαργαλισμός, κίνησις σώματος, ubi Hemsterhusius ad Thom. Mag. p. 180. refingi maluit κνῆσις. Photius p. 166, 20. κινεῖ: οἷον ἐρεθίζει. Plut. Symp. Quaest. III, 6, 2. p. 653 F. ἕτεραι διὰ τῶν ἀφροδισίων κινήσεις, ἐκθλιβομένων καὶ μοχλευομένων τῶν μάλιστα συνδεῖν — τὸ σῶμα πεφυκότων. an seni respubl. ger. p. 786 C. οὐ κνῶσαι οὐδὲ θρύπτουσαι, ὥσπερ αἱ εἰς σάρκα λεῖαι καὶ προσηνεῖς γινόμεναι κινήσεις. adv. Colot. p. 1122 E. τὰ καλὰ ταῦτα καὶ λεῖα καὶ προσηνῆ κινήματα τῆς σαρκός. non posse suaviter vivi sec. Epic. p. 1088 A. ὀλισθείη ἀλγηδὼν, οὐδὲ ἕτερα τοιαῦτα κινοῦσα καὶ γαργαλίζουσα τοῦ σώματος. coll. 1087 B. E. Consol. ad Uxor. p. 610 D. τὸ πάθος ἐκ μικροῦ τοῦ γαργαλίζοντος καὶ κινοῦντος εἰς πολλὴν καὶ δυσχερῆ κάκωσιν ἀναξηραινόμενον. Epicurus ap. Athen. VII. p. 280 A. οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Sic intelligo μειράκια κινούμενα Eupolidis ap. Valcken. Diatr. p. 252. *juvenes libidinosos*. Quae testimonia faciunt ad tuendam vulgatam in Plat. Phileb. p. 46 E. τὰς τῆς ψώρας λεγομένας νῦν δὴ ταύτας εἶναι καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ κινήσει μὴ ἐφικνῆται τις, ubi κνήσει reposuerunt Bekk. et Stallb. ex conjectura Heusdii. Iidem male ibid. p. 51 D. καί τινας ἡδονὰς οἰκείας ἔχειν, οὐδὲν ταῖς τῶν κινήσεων προσφερεῖς ediderunt κνήσεων. In Phaedr. p. 251 B. C. ζεῖ οὖν ἐν τούτῳ ὅλη καὶ ἀνακηκίει, καὶ ὅπερ τὸ τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος περὶ τοὺς ὀδόντας γίγνεται, ὅταν ἄρτι φυῶσι, κνῆσις τε καὶ ἀγανάκτησις περὶ τὰ οὖλα, ταὐτὸν δὴ πέπονθεν ἡ τοῦ πτεροφυεῖν ἀρχομένου ψυχή· ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά restituendum censeo κίνησις pro κνῆσις e plerisque libris. Porro mordicus teneo in Sympos. p. 185 E. ἀναλαβών τι τοιοῦτον, οἵῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα, ubi alii ediderunt κνήσαιο, alii κνήσαις. Sed vide Aristotel. Problem. XXXV. 3. II. p. 965, 23. Bekk. διὰ τί, ἐάν τις τὸν περὶ τὰς μασχάλας τόπον κινήσῃ, ἐκγελῶσιν, ἐὰν δέ τινα ἄλλον, οὔ; ἢ διὰ τί πτερῷ τὰς ῥῖνας κινήσαντες πτάρνυνται. Ibi Bekk. invitis libris omnibus cum Sylburgio edidit κνήσῃ et κνήσαντες. Sed paulo post ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πταρμῷ διαθερμάναντες καὶ

κινήσαντες διελύσαμεν εἰς πνεῦμα intactum reliquit. Conf. Jacobs. Aelian. H. A. I. p. 6. Animadv. Anthol. II. I. p. 381. — Ceterum Reisk. nostro loco voluit κινεῖ καὶ γαργαλίζει.

p. 54, 33. σχηματισμοῖς etc.] Haec pars orationis multis laborans locis forte ita restituenda sit — τοῖς ἀδήλοις σχηματισμοῖς — ἀπὸ γυναικῶν ἥκειν· καὶ τὰς καλὰς καύτας καὶ ἱερὰς ἀναμνήσεις καὶ ἀνακλήσεις ἐπὶ τὸ θεῖον — πτεροῦται, οὐδὲν κωλύει γίνεσθαι — γυναικῶν ὧν ἂν ἦθος ἁγνὸν — γένηται. Proxima parenthesi inclusimus. WYTTENBACHIUS.

p. 54, 35. ἀληθινὸν] De h. v. quod citerioris graecitatis esse nonnulli credunt, v. Böckh. Pind. Olymp. II, 61. Baehr. ad Plut. Philop. p. 51.

p. 54, 36. τί κωλύει] Omisi οὖν quod vulgo post τί legebatur, cum E. in quo lacuna duarum literarum.

p. 54, 37. γίνεσθαι δὲ] Reisk. conjecit οὐ γίνεσθαι δὲ.

p. 56, 3. Ἀρίστων] De Aristonis Cei ἐρωτικῶν ὁμοίων duobus libris egi p. 98.

p. 56, 4. κείμενα] Ita Wyttenb. e Mez. Vulgo καὶ κείμενα. Reisk. proposuit λαμπρὰ ἐκκείμενα ψυχῆς ὀρθῆς καὶ ἀθρύπτου. Pro ἄθρυπτα in B. E. Ald. Bas. est θρυπτά.

p. 56, 7. πρὸς θῆλυ] Reisk. male vult πρὸς τὸ θῆλυ. — Iisdem duobus versibus, quos Valcken. ad Eurip. Hippol. 780. Sophoclis e satyrico dramate credit esse, utitur Plutarch. in libro de aud. poet. p. 34 A. qui addit: ἦν δὲ βέλτιον εἰπεῖν,

Ὅπου προσῇ τὸ σῶφρον, ἀμφιδέξιος;

ὡς ἀληθῶς καὶ ἰσόῤῥοπος· ὁ δ' ὑφ' ἡδονῆς καὶ ὥρας ὧδε κἀκεῖ μετοιακιζόμενος ἐπαρίστερος καὶ ἀβέβαιος. De omisso ἂν ad ὅπου consule Hermann. de part. ἂν p. 118.

p. 56, 10. ἔδοξεν] Reisk. quid sibi voluerit, censens post ἔδοξεν aut addendum aut subaudiendum εἶναι, non exputo.

p. 56, 12. τοῦ Ποδάργου] Hom. Il. XXIII. vs. 294. 5.

ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγεν ὠκέας ἵππους,
Αἴθην τὴν Ἀγαμεμνονέην, τὸν ἐόν τε Πόδαργον.

p. 56, 14. Κρήσσας] De *Creticis* canibus v. Jacobs. Animadv. Anthol. Gr. II. I. p. 320. de *Lacaenis* Intt. ad Soph. Aj. vs. 8. Baguet. ad Dio. Chrys. VIII. p. 52. Jacobs. ad Philostr. p. 380. Tum οὐδὲ ὅμοιος edidi ex B. E. pro οὐδ' ὅμοιος.

p. 56, 17. ἐρώντων] Reisk. conjecit ἐρώτων, deinde servetur vulgata, an legatur γυναικείων καὶ ἀνδρείων, perinde esse dicens. Probaverunt ἐρώτων Wyttenb. et Hutten.

p. 56, 17. τήν γε ὥραν ἄνθος ἀρετῆς] Formam *virtutis* esse *florem* dixerunt Stoici, qui etsi non plane repudiaverunt muliebrem amorem, tamen pluris fecerunt puerorum amorem, quia amor non concubitus sit, sed amicitiae. Diog. Laert. VII, 66, 129. καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων, τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, ὥς φησι Ζήνων ἐν τῇ πολιτείᾳ. Ib. 130. εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, ὡς καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ ἔρωτος φησί· καὶ μὴ εἶναι ἐπίμεμπτον αὐτόν. εἶναι δὲ καὶ τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς. De amore exposuit Zeno in libris *de civitate* (Diog. Laert. VII, 64, 121. Athen. XIII. p. 561 C.) Vide supra p. 98 et 113.

p. 56, 18. φάναι] φῦναι B. E. tum μὴ δὲ ποιεῖν B. E. Ald. Bas.

p. 56, 19. Αἰσχύλος] Eosdem Aeschyli versus apposuit Plutarchus in libro de sent. prof. in virt. p. 81 D. ubi v. Wyttenb. Ex fabula vero, *Τοξότιδες* inscripta, depromtos esse discimus e Antig. Carystii Hist. mirab. cap. 127. p. 174. Vide Aeschyli Fragm. p. 18. Poet. Scen. ed. Dindorf.

p. 56, 21. ἀνδρὸς] V. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. vs. 490. p. 214. ed. Lips.

p. 56, 23. ἐπιτρέχει] ἐπιτρέχειν dicuntur, quae in superficie alicujus rei apparent, v. Wyttenb. ad Plut. de disc. adul. ab amic. p. 67 E. et quae dixi supra p. 101.

p. 56, 24. ἢ πολλὰ] ἢ adjeci cum Hutten. ex conjectara Mez. et Reiskii, quam Wyttenb. quoque commendavit.

p. 56, 25. προσκαλεῖται] In usu quidem frequentiore est προκαλεῖται, non tamen improbaverim vulgatam. REISKIUS.

p. 56, 27. ὥσπερ κοινοῦ] Ita edidi e mea conjectura, qua difficultates loci non removeri, ipse sentio. Vulgo ὥσπερ κενοῦ. B. ὥσπερ κνοῦ. E. ὥσπερ κ νοῦ. Tum post συστάντος B. lacunam habet decem literarum, E. Ald. duodecim. Reiskius conjecit: ἀλλὰ κοινῶν — ὥσπερ ἱεράνου κοινοῦ συστάντος. Wyttenbachius lacunam fortasse relictam a librariis excidisse quid putantibus more suo statuens, corrigendum censet ὡς ὑπὲρ κοινοῦ συστάντες, ὦ Δ. hac sententia: *veluti pro communi causa conjunctis viribus illas impugnemus rationes.* Plut. Coriol. c. I. καὶ τοῦτο τοῦ γένους ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν, ᾧ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσιν. Plat. de legg. X. p. 908 C. τὸ μὲν μὴ νομίζειν θεοὺς ἀμφοῖν ἂν ἓν ὑπάρχοι κοινὸν πάθος.

p. 56, 28. ὁ Ζεύξιππος] Articulum adjeci ex E. Ante Wyttenb. μαχώμεθα conjecit pro μαχόμεθα.

p. 56, 30. οὕτως πεπεισμένος] οὕτως reposui ex E. Vulgo οὕτω.

p. 56, 31. ὢν] Insertum ὢν e conjectura Mez. et Reisk. probata etiam a Wyttenb. Vulgo aberat. Tum ἐφελκόμενοι proposuit Reisk.

p. 56, 35. εἰς σκίλλαν] Plat. Sympos. p. 191 B. ἐγέννων καὶ ἔτικον οὐκ εἰς ἀλλήλους, ἀλλ' εἰς γῆν, ὥσπερ οἱ τέττιγες. Sed Aristoteles Histor. Anim. V. c. 24. de cicadis: ἐντίκτουσι δὲ καὶ ἐν τοῖς καλάμοις, ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰς ἀμπέλους, διατρυπῶντες τοὺς καλάμους καὶ ἐν τοῖς τῆς σκίλλης καυλοῖς. ταῦτα δὲ τὰ κυήματα καταῤῥεῖ εἰς τὴν γῆν. coll. ib. c. 23. et Athen. III. p. 77 E. Hinc gethyum promittit poeta cicadae in Brunck. Anal. I. p. 32. Meleag. epigr. CXII, 7.

δῶρα δέ σοι γήτειον ἀειθαλὲς ὀρθρινὰ δώσω
καὶ δροσερὰς στόματι σχιζομένας ψεκάδας.

Jacobsius Animadv. Anthol. I. I. p. 123. veram rei rationem non perspexit.

p. 58. 3. στέργειν] Wyttenb. conjectura στέργειν, ὃ ἐνὶ — *sed ut mutua acquiescant voluntate, quod Graecis est στέργειν καὶ στέργεσθαι, et una litera differens a στέργειν, continere, prima fronte ostendere videtur benevolentiam*, perquam inutilis est. Etymol. M. 725, 57. στέργω, — γίγνεται παρὰ τὸ στέγω, ὃ σημαίνει τὸ ὑπομένω· τοῦτο παρὰ τὸ στῶ ῥῆμα, ὃ σημαίνει τὸ ἱστῶ καὶ ἑδραιῶ καὶ βεβαιῶ. ἀπὸ τοῦ στῶ οὖν, στέγω· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ, στέργω, ὡς φῶ, φέβω, φέρβω. Hesych. ἄστερκτα: τὰ οὐ δυνάμενα κατασχεθῆναι. Αἰσχύλος Σεμέλῃ (v. fragm. Aeschyl. nr. 206.); ubi corrigunt ἄστεκτα. Photius p. 537, 2. στερκτικόν: τὸ ἔμμονον καὶ βέβαιον καὶ ἀσφαλές. ib. p. 536, 24. στεργέτω: οἷον στεγέτω, ὑπομενέτω· οὕτως Πλάτων. coll. Aeschyl. Eumenid. vs. 643.

p. 58, 4. ἐμφαίνειν] ἐμφαίνει B. Ald.

p. 58, 5. ἐπισκήψῃ] Post. h. v. in B. lacuna trium literarum, sed in fine versus; in E. quinque. Tum B πόλως pro πόλεως.

p. 58, 6. Πλατωνικῆς] Plat. de rep. V. p. 462 C. ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται, ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ῥήματα, τό τε ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν; et ib. paulo post ἐν ᾗτινι δὴ πόλει πλεῖστοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ ταὐτὰ τοῦτο λέγουσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται; Idem Platonis effatum respexit Plutarch. de fraterno amore p. 484 B. et praecept. conjug. p. 140 D.

p. 58, 6. οὐχ ἕξει] *οὐχ* abest ab Ald. Bas.

p. 58, 7. κοινὰ τὰ φίλων] Vide Plat. Lys. p. 207 C. Eurip. Androm. vs. 376. Meinek. Menand. p. 8. Jacob. Toxar. prolegom. p. XXI.

p. 58, 7. * ἀλλ' ἢ τοῖς σώμασιν] ἀλλ' ἢ edidi e B. E. Ald. Bas. Vulgo ἀλλ' οἱ τοῖς σώμασιν. Nihil proficimus Bernhardyi Synt. p. 286. conjectura ἀλλ' οἳ τοῖς σώμασιν. Nam in B. lacuna est duodecim literarum, in E. decem, in Ald. etiam plura desunt. Quam lacunam sic Wyttenb. explere conatus est: φίλων, ἀλλὰ τούτων μόνων οἱ τοῖς σώμασιν. Certiorem invenisse mihi videor hanc medelam: οὐ γὰρ ἁπλῶς κοινὰ τὰ φίλων οὐδὲ πάντων, ἀλλ' ἢ οἳ τοῖς σώμασιν — Plut. de cap. util. ex hostib. p. 88 B. C. νικώμενοι, φησὶν Πίνδαρος, ἄνδρες ἀγρυξίᾳ δέδενται· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ πάντες, ἀλλ' ὅσοι νικωμένους αὐτοὺς ὁρῶσιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν.

p. 58, 8. συνάγουσι] E. συνάγ ουσι, vacuo spatio trium literarum.

p. 58, 8. συντήκουσι] Similiter Plut. Sept. Sap. Conv. 156 D. ἔστι δὲ τῆς μὲν πρὸς γυναῖκας ἀνδρῶν ὁμοφροσύνης καὶ φιλίας δημιουργὸς ἡ Ἀφροδίτη, τοῖς σώμασιν ὑφ' ἡδονῆς ἅμα συμμιγνύουσα καὶ συντήκουσα τὰς ψυχάς. Etiam haec fluxerunt e Platonico fonte, Symp. p. 192 E. ἐθέλω ὑμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ, ὥστε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι, notante Wyttenb. De legg. IV. p. 708 E. τὸ δὲ συμπνεῦσαι καὶ καθάπερ ἵππων ζεῦγος, καθ' ἕνα εἰς ταὐτὸν, τὸ λεγόμενον, συμφυσῆσαι — παγχάλεπον. Ibi Ξ et veteres libri ξυμφῦσαι exhibent.

p. 58, 9. σωφροσύνη] Nominativum restitui cum Hutten. e Reiskii sententia. Vulgo σωφροσύνῃ.

p. 58, 10. νόμῳ] Ita edidi cum Hutten. e Turneb. et Reisk. conj. Vulgo νόμων. Post νόμων in B. lacuna quinque, in E. quatuor literarum.

p. 58, 12. πολλῶν χαλινῶν] Versus est Sophoclis, ut patet e Plut. vit. Alex. M. c. VII. Eundem senarium respexit, ni fallor, Plat. de legg. VII. p. 808 D. διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸ οἷον χαλινοῖς τισὶ δεῖ δεσμεύειν. Plut. de Iside et Osir. p. 369 C. οὔτε εἷς ἐστιν ὁ κρατῶν καὶ κατευθύνων, ὥσπερ οἴαξιν ἤ τισι πειθηνίοις χαλινοῖς, λόγος. Conf. Tafel. Diluc. Pind. II. p. 630.

p. 58, 12. ἔργον] ἔργων B. E. Ald. Bas.

p. 58, 16. ἐμβαλὼν] ἐμβάλλων B. E. ἐμβαλῶν Ald.

p. 58, 17. ἐπήκουν] Ita dedi e B. E. Ald. Bas. Vulgo ὑπήκοον. Plut. de Socratis genio p. 588 D. μόλις ἐπήκοον ἔχουσι τὴν ψυχὴν τῶν κρειττόνων.

p. 58, 18. πολυήρατον] Hesiod. Fragm. XCVII. Göttl.

οὐρανίη δ' ἄρ' ἔτικτε Λίνον πολυήρατον υἱόν.

Sed in Plat. Theaet. p. 165 E. θαυμάσας τὴν πολυάρατον σοφίαν ξυνεποδίσθης ὑπ' αὐτοῦ, ubi Heindorfius suffectum voluit πολυήρατον, Buttmannus πολύκροτον, nihil mutaverim propter Themist. XXII. p. 325, 19. Dindorf. τὸν πολυάρατον πλοῦτον τί ἂν καὶ λέγοιμεν ὁποίων ἀγωνοθέτης πολέμων ἐστί;

p. 58, 18. ἐπέφλεγε] Nihil diceret, qui sic (ὑπέφευγε) loqueretur; non enim fugit, sed attraxit Lais Graecos. Legi ergo ὑπέφλεγε jamdudum. Quod cum idem placere doctissimo homini, Guilielmo Cantero sensissem postea ex ejus novis lectionibus, fuit mihi gratissimum, meam opinionem ipsius εὐστοχίᾳ confirmari. Addo, mihi videri immerito huic narrationi injectum asteriscum. Nam sicut poetica venustate Acrocorinthi epitheton est insertum: ita non video, cur tot procorum numerus non potuerit μέγας στρατὸς figurate dici; adeoque, cum habeat sua castra Cupido, ei merentes στρατὸν dici quae invidia est. XYLANDER. ἐπέφευγε Ald. ὑπέφευγε Bas. Sed libri quoque scripti videntur confirmare ἐπέφλεγε, quod Xyl. et Canter. conjecerunt. φεύγειν et φλέγειν commutari, saepe observatum est, v. Jacobs. ad Anthol. Palat. III. p. 53. God. Hermann. ad Soph. Antig. vs. 263. De φλέγειν τινα, *amore aliquem incendere* v. Jacobs. l. c. p. 120.

p. 58, 19. *περιμόχητος*] Supra c. XX. p. 766 D. *περιμάχητον οὖσαν καὶ πολυμνήστευτον*. Vide Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 5 D. et de S. V. N. p. 556 B. Baehr. ad vit. Flamin. p. 108. — Tum in Bas. desideratur *δὲ* post *ἐπεί*.

p. 58, 20. *Ἱππολόχου*] Res a multis memoriae prodita, sed de amatoris nomine dissentiunt auctores. Qui enim a Plutarcho vocatur *Hippolochus* Thessalus, is est Pausaniae II, 2, 5. *Hippostratus*; Polemoni ap. Athen. XIII. p. 589 A. B. *Pausanias*; Schol. Aristoph. ad Plut. vs. 179. *Aristonicus* vel *Eurylochus*. Quod ultimum nomen fortasse verum est, si quidem *Eurylochus Larissaeus* memoratur, qui Socratem ad se invitaverit, teste Diog. Laert. II, 25. Liban. T. I. p. 682 C. v. Buttmann. Mythol. Vol. II. p. 279. *Εὐρύλοχον τὸν Λουσιέα* memorat Xenoph. Anab. IV, 7, 11.

p. 58, 21. *ὕδατι χλωρῷ*] Versus sunt Euripidis, quos sic affert Strab. VIII. p. 379.

> *ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ᾽*
> *ἄκρον Κόρινθον*
> *ἱερὸν ὄχθον πόλιν Ἀφροδίτας.*

Vide Matth. Fragm. Eurip. p. 383. Barnes. inter fragm. Bellerophont. retulit. Ceterum vide Marianum Schol. in Anthol. Pal. T. II. p. 774, 51.

> *χλωρὸν ὅπου πλατάνων αὐτόῤῥυτον ἐς μέσον ὕδωρ*
> *καλὸν πολυκρούνων ἐκπρορέει στομάτων.*

p. 58, 21. *προλιποῦσ᾽*] *προλιποῦσα* E.

p. 58, 23. *ἀποδρᾶσα*] Ita edidi ex E. Vulgo *ἀποδράσασα*.

p. 58, 23. *κρύφα * μέγαν στρατὸν*] In B. E. Ald. lacuna est literarum viginti duo. Wyttenb. signum defectus, ut fit, non suo loco positum, ponendum post *κοσμίως* credidit. Reiskius conjecit *ἀποδράσασα κρύφα τὸν ἄλλων* (vel *ἄλλον*) *ἐραστῶν μέγαν στρατὸν ᾤχετο εἰς Θεσσαλίαν καὶ συνῴκει* (vel *συγκατεβίω*) *αὐτῷ κοσμίως*. Sed *ᾤχετο κοσμίως* rectissime se habet. Plut. vit. Pericl. c. V. *ἑσπέρας δ᾽ ἀπῄει κοσμίως οἴκαδε παρακολουθοῦντος τοῦ ἀνθρώπου*. Supra c. X. p. 754 F. *ἦν ὁ Βάκχων ἔθος εἶχεν ἀπιὼν εἰς παλαίστραν — παρεξιέναι κοσμίως*. de ira cohib. p. 458 A. *στρατιώτῃ μὲν ἐκέλευσε γυμνῇ τῇ μαχαίρᾳ θιγεῖν τοῦ τραχήλου μόνον, εἶτα κοσμίως ἀπελθεῖν*. de amore prolis p. 493 F. *αἰσθόμενον δὲ ὅτι κύει καὶ πεπλήρωται, κοσμίως ἄπεισι*. de solert. animal. p. 972 E. vit. Lycurg. c. XV. *κοσμίως* videtur hic et aliis in locis intellig. *attemperate, ut par erat ex composito*, v. Heindorf. ad Plat. Sophist. p. 269.

p. 58, 24. *στρατὸν*] Athen. XIII. p. 588 E. *διαζηλοτυπουμένη δέ ποτε ἡ Λαῒς Φρύνῃ, πολὺν ἐραστῶν ἔσχηκεν ὅμιλον, οὐ διακρίνουσα πλούσιον ἢ πένητα, οὐδ᾽ ὑβριστικῶς αὐτοῖς χρωμένη.*

p. 58, 25. *κατέλευσαν*] Aliter Polemo ap. Athen. XIII. p. 589 A. B. *κατὰ φθόνον καὶ δυσζηλίαν ταῖς ξυλίναις χελώναις τυπτομένην ἐν Ἀφροδίτης ἱερῷ. διὸ καὶ τὸ τέμενος κληθῆναι ἀνοσίας Ἀφροδίτης.* coll. Phot.

Bibl. 279. p. 533. Suid. s. χελώνη T. III. p. 663. Schol. Ar. Plut. vs. 179. v. Jacobs. *Die Hetaeren* p. 434 et 411 sq.

p. 58, 27. ἀνδροφόνου] *quae homines occidit.* Hic loci ἀνὴρ sexum femininum non excludit, sed simul complectitur totum nomen humanum. REISKIUS. Recte Reiskius, neque probo Hemsterhusii ad Schol. Aristoph. l. c. judicium, qui illam ἀνδροφόνου appellationem rei, cujus designandae causa fuit imposita, convenire negans illud in ἀνοσιοφόνου commutandum censuit. Sed vide Hermann. ad Viger. p. 722. Elmslej. ad Eurip. Med. vs. 658. Wunder ad Soph. Oed. Col. vs. 565.

p. 58, 29. τοῦ καλουμένου] Ita cum Hutten. edidi e conjectura Xylandri, quam probavere etiam Reisk. et Wyttenb. Vulgabatur inepte τοῦ καλοῦ. — δικτάτορος B.

p. 58, 30. τὰς ἄλλας ἀρχὰς τοὺς ἔχοντας] Ita reposuit Wyttenb. ex B. E. idemque conjecit Reisk. Vulgo τοὺς ἄλλας ἀρχὰς ἔχοντας. Etiam Ald. Bas. habent τὰς ἄλλας —.

p. 58, 32. ἄφετοι καθάπερ ἱερόδουλοι] Quos homines Amor occupavit, eleganter hic Plutarchus comparat cum servis illis sacris addictis, qui reliquis omnibus dominis *liberi solutique* (ἄφετοι) deorum ministerio in templis se dicaverunt, quemadmodum ἄφετα dicuntur animalia sacra, quae numini alicui consecrata communique usui exemta libere vagari patiebantur. Supra c. XVI. p. 758 D. μόνον δὲ τὸ ἐρωτικὸν, ὥσπερ δυσιερουν, ἀνόσιον καὶ ἀ δ έ σ π ο τ ο ν ἀ φ ε ῖ τ α ι. coll. Solert. anim. p. 981 D. Aeschyl. Prometh. vs. 687. Eurip. Jon. vs. 822. Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 12 A. Heindorf. ad Plat. Protag. p. 501. Similiter loca diis consecrata sunt ἀνειμένα, v. Valcken. ad Herod. II. 65. Kuhn. ad Polluc. I, 6, 38. Jacobs. Animadv. Anthol. II. II. p. 375. Intt. ad Soph. Aj. vs. 1198. Sed tamen miror Astium qui in Plat. de legg. VI. p. 761 B. εἴ τί που ἄλσος ἢ τέμενος περὶ ταῦτα ἀ φ ε ι μ έ ν ο ν ᾖ correxit ἀνειμένον, non esse recordatum Criti. p. 116 C. ἱερὸν ἄγιον — ἄβατον ἀ φ ε ῖ τ ο. Obiter moneo, in Plat. de legg. l. c. paulo post emendandum esse καὶ πόνοις τετρυμένα γεωργικοῖς σώματα δεχομένους εὐμενῶς ἰατροῦ δ έ ξ ι ν μὴ πάνυ σοφοῦ βελτίονα συχνῷ pro vulgato δ' ἕξιν, coll. Eurip. Iphig. Aul. vs. 1181.

ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι
δ ε ξ ό μ ε θ α δ έ ξ ι ν, ἥν σε δέξασθαι χρεών,

Plat. de legg. IV. p. 705 D. V. p. 742 E. Stallb. ad Phaed. p. 202. Bernhardy. Synt. p. 122. — De ἐλεύθεροι c. genit. vide Valcken. ad Eur. Hippol. vs. 1450.

p. 58, 33. συγκραθεῖσα] συγκρατεῖσα Ald. Bas.

## Caput XXII.

p. 60, 2. ὁμοχόρους] Ita edidit Wyttenb. e Schott. pro vulgato ὁμοχώρους.

p. 60, 2. *θιασώτας*] Xenoph. Conv. VIII, 1. *ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ πάντες ἐσμὲν τοῦ θεοῦ τούτου* (sc. *Ἔρωτος*) *θιασῶται*. ubi v. intt. Plut. de music. p. 1131 E. *μουσικῆς θιασῶται*. Fragm. de amore p. 89. ed. meae.

p. 60, 2. *Κάμμαν*] Ita Xyland. correxit. B. E. Ald. Bas. *Κάμιμαν*, non vero, ut Wyttenb. refert, *Καμίμαν*. Rem eandem narrat Plutarch. de mulier. virt. p. 257 E. sq. ubi constanter *Κάμμα*.

p. 60, 3. *ἐκπρεπεστάτης*] Ita correxi e B. E. Ald. Bas. pro vulgato *εὐπρεπεστάτης*.

p. 60, 4. *Σινάτῳ δὲ τῷ τετράρχῃ*] Ita reconcinnavi locum e B. E. Vulgo vitiose *Σινάτῳ δὲ τετράρχῳ* edebatur.

p. 60, 5. *Γαλατῶν*] Vulgo *τῶν Γαλατῶν*. Omisi articulum cum B. E. Ald.

p. 60, 6. *Κάμμῃ*] Hic quidem B. E. *Καμίμῃ*. Ald. Bas. *Καμίμῃ*. Tum Ald. Bas. *ταπολλά*.

p. 60, 8. *πολλῶν βασιλέων καὶ δυναστῶν*] *βασιλέων*, quod vulgo aberat, inseruit Wyttenb. e B. E. Quare inutilis conjectura Reiskii *δυνατῶν* pro *δυναστῶν*. Caes. de bello civili III. c. 3. *magnam imperatam Asiae, Syriae regibusque omnibus et dynastis et tetrarchis et liberis Achajae populis pecuniam exegerat.* De tetrarchis Galatarum v. Salmas. exerc. Plin. p. 516. Strab. XII. p. 566. et ib. p. 541. *ὕστερον δὲ οἱ τῶν Ρωμαίων ἡγεμόνες ἄλλους καὶ ἄλλους ἐποιήσαντο μερισμούς, βασιλέας τε καὶ δυναστὰς καθιστάντες.*

p. 60, 12. *προαχθέντος*] sc. *εἰς τὸ κτείνειν Σινόριγα*. *προάγεσθαι* est *provehi, perlici, excitari et quasi vi adigi ad aliquid perpetrandum.* Supra c. III. p. 750 A. *ἵνα οὖν μὴ παροξύνοντες ἀλλήλους — εἰς ὀργὴν προαγάγοιεν*. c. II. p. 749 D. *εἰς τὸ ἐρᾷν ποήχθη*. c. XVII. p. 761 E. *ἡ δ' ἐξ Ἔρωτος κατοχὴ προάγεταί τι τολμᾷν παρὰ φύσιν*. Conf. Rüdiger. ad Demosth. Olynth. or. I. p. 187 et 194. Jacobs. ad Aelian. H. Anim. p. 54. — Tum Bas. *προσάγουσα*; Ald. Bas. *τῷ βομῷ*.

p. 60, 16. *λαμπρὸν ἀνωλόλυξε*] *exclamavit clara et acuta voce.* Demosth. pro Corona §. 259. *μὴ γὰρ οἴεσθ' αὐτὸν φθέγγεσθαι μὲν οὕτω μέγα, ὀλολύζειν δ', οὐχ ὑπέρλαμπρον*. Herodot. VI, 60. *οὐ κατὰ λαμπροφωνίην ἐπιθέμενοι ἄλλοι*. Plut. vit. X. Orator. p. 840 A. *λαμπρόφωνος δὲ ὢν μετὰ ταῦτα τραγῳδίαν ἤσκησεν*. Plat. Phileb. p. 51 E. *λέγω δὴ τὰς τῶν φθόγγων τὰς λείας καὶ λαμπράς*. Soph. Oed. Tyr. vs. 182.

*παιὰν δὲ λάμπει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος.*

coll. ib. vs. 467. Hinc *ἐκλαμπρύνειν τὸν ἦχον* Dionys. V. C. p. 166. V. Aelian. H. A. IX, 13. Themist. Or. II. p. 33 A. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 512. *ἀνολολύζειν* vero praecipue de laeto clamore festis diebus usurpatur, v. Hemsterhus. ad Luc. Somn. T. I. p. 177. Bip. Seidler ad Eurip. Electr. vs. 686.

p. 60, 18. *προσμένουσα σοῦ χωρὶς*] Ita edendum curavi e B. E. Vulgo *προσμένουσά σου χωρίς*. Tum in ed. Wyttenb. mendose excusum *ἀνιαρῶς* et *ἡμυνάμην*. De verbo *κομίζειν* vide quae dixi p. 166.

p. 60, 21. *Κάμμα*] *Καμίμα* B. E. Ald. Bas.

## Caput XXIII.

p. 60, 25. *λοιδορούντων*] *λοιδωρούντων* Ald. Bas. In seqq. ad *τὴν μὲν* addi voluit Wyttenb. *οὖν* vel *γὰρ*, Reisk. vero scribi *γὰρ* pro *μέν*.

p. 60, 27. *πρὸς ἄῤῥενα ἄῤῥενος*] Casu in ed. Frcf. et. Reisk. exciderat *ἄῤῥενα*, quod restituerunt Wyttenb. et Hutten.

p. 60, 27. *εἴποι τις*] *εἴποι τίς* B. E. Ald. Bas.

p. 60, 28. *ἐννοήσας*] *ἐμβοήσας* Turn. Vulc. Bong.

p. 60, 29. *ὕβρις τάδ'*] *ὑβριστά δ' οὐχ* E., in B. sub *ὕβρις τάδ'* ab eadem manu: *γρ. ὑβριστάδ'*. Ald. Bas. *ὕβρις τὰ δ' οὐχ*. Eadem alliteratio placuit Manethoni IV. vs. 486.

*ἐν αἷς Ὕβρις οὐ Κύπρις ἄρχει.*

p. 60, 30. *εἰς τὸ χείριστον*] *εἰς* Wyttenb. adjecit e B. E.

p. 60, 31. *φιλίας*] Ita reposui e B. E. et conjecerat jam Reisk. Vulgo *φιλίαν*. Plat. Phaedr. p. 255 B. *ὅτι οὐδ' οἱ ξύμπαντες ἄλλοι φίλοι τε καὶ οἰκεῖοι μοῖραν φιλίας οὐδεμίαν παρέχονται πρὸς τὸν ἔνθεον φίλον.* Plut. vit. Aemil. Paul. c. XXVI. *ἀρετή τοι δυστυχοῦσι μεγάλην ἔχει μοῖραν αἰδοῦς καὶ παρὰ πολεμίοις.*

p. 60, 33. *φίλων*] Eosdem Sophoclis versus attulit Plut. de amic. multit. p. 94 D.

p. 60, 34. *χαίρουσιν*] *καὶ χαίρουσιν* et *οἱ δὲ ἔχοντες* B. E. Ald. Bas. Tum Ald. *ἔχονται* pro *εὔχονται*.

p. 62, 2. *τοὺς διαθέντας*] Notandus est verbi *διατιθέναι* in re venerea usus, raro ab interpretibus animadversus; nec Xylander satis accurate vertit: *auctores sceleris*. Lucian. Amor. c. 27. *τί δ' οὐχὶ τῶν ἡδονῶν καὶ τὰς ἀντιπαθεῖς μεταδιωκτέον, ἐπειδὰν ἐξίσου τοῖς διατιθεῖσιν οἱ πάσχοντες εὐφραίνωνται*, uti correxit monitore Gesnero Reitzius vulgatum *διατεθεῖσιν*. Plut. vit. Brut. c. VI. *εἰώθει λέγειν, ὡς οἱ μηδὲν ἀρνεῖσθαι δυνάμενοι δοκοῦσιν αὐτῷ μὴ καλῶς τὴν ὥραν διατεθεῖσθαι.* Ibi rectius Xylandro Cruserius scriptoris sententiam cepit: *parum sibi videri honeste aetatis florem collocasse.* coll. Xen. Mem. I, 6, 13. Conviv. VIII, 21. v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 960.

p. 62, 3. *καιροῦ παραδόντος*] Falli puto Wyttenbachium in Ind. T. II. p. 1181. corrigentem *καιροῦ παρασχόντος*, sed lectores ablegantem ad notam suam Jul. Orat. I. p. 24. Isocrat. Philipp. p. 90, 17. *ὅπως ἂν καιροὶ παραδῶσι.* Demosth. Philipp. I. §. 18. *μηδενὸς ὄντος ἐμποδὼν πλεῖν ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν*

ὑμῖν, ἂν ἐνδῷ καιρός, quod Graecum esse qui negarunt, mirifice lapsi sunt, coll. §. 12. Sed Σ. καιρὸν habet, quod recepit Bekkerus. παραδόντος καιροῦ dixit Plutarchus etiam Vit. I. p. 716 F. παρασχόντος καιροῦ Vit. I. p. 508 C. 844 E. καιροῦ παρέχοντος Aristid. I. p. 274. In Plut. de cap. util. ex hostib. p. 90 E. scribendum ἐχθροῦ δὲ καὶ τὸ τιμωρίαν παραλιπεῖν ἐν καιρῷ παρασχόντι ἐπιεικές ἐστι pro vulgato παρασχόντος.

p. 62, 4. Κρατέας] Wyttenb. cum Xyl. scripsit Κρατεύας renitentibus libris praeter Bas. Κρατεύας nomen illius amasii, qui necavit Archelaum, est ap. Aelian. V. H. VIII, 9. et docuit Alexis fabulam, quam inscripsit Κρατεύας, teste Athen. III. p. 95 A. p. 107 A. VI. p. 254 A. VIII. p. 340 A. C. XV. p. 678 C. quanquam major librorum pars habet ibi ἐν Κρατίᾳ. Sed nolui hic librorum fidem deserere, cum quod Diodor. Sicul. XIV. 37. illum *Craterum* nominat, Aristoteles vero Polit. V, 8. *Crataeum*, tum quod Κρατέας ab analogia defensionem habet, ut Κινέας, Πρωτέας, Δημέας, Πυθέας et quae alia exempla collegit Lhardy de Demade p. 19. De re vide etiam Plat. Alcib. II. p. 141 D. E. — E. ἀρχέλαόν τε scriptum habet. γεγονὸς Ald. Bas.

p. 62, 5. Πυθόλαος] Ejusdem rei meminerunt Plut. vit. Pelopid. c. XXXV. Diodor. Sicul. XVI, 14.

p. 62, 5. Περίανδρος] Duo fuerunt Periandri, uterque tyrannus, sed alter Corinthius, alter, de quo hic sermo, Ambraciota; v. Aelian. V. H. XII, 35. Menag. ad Diog. Laert. I, 99. Wyttenb. ad Plut. de S. V. N. p. 552 E. Müller *Die Dorier* I. p. 167. II. p. 155. Eandem Periandri Ambraciotae caedis causam tradidit Aristoteles Polit. V, 8. ἐπεβούλευσαν δὲ καὶ Περιάνδρῳ τῷ ἐν Ἀμβρακίᾳ τυράννῳ, διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν ἐρωτῆσαι αὐτὸν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κύει.

p. 62, 7. ἀλλὰ γυναιξί γε] γε acceptum refero Reiskio. Vulgo τε. Pro ἀλλὰ B. E. Ald. Bas. ἅμα. ΛΛ et ΔΙ et Μ saepe commutari in libris, hic moneo, ut medear loco depravato Platonis de legg. IV. p. 722 C. οὐ γὰρ πειθοῖ κεραννύντες τὴν μάχην νομοθετοῦσιν, ἀλλ' ἀκράτῳ μόνον τῇ βίᾳ. Scribe ΔΙΔΑΧΗΝ pro ΜΑΧΗΝ. Confer Epist. VII. p. 332 A. τούτων κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐδένα οἷός τ' ἦν πειθοῖ καὶ διδαχῇ — ἀπεργασάμενος ποιήσασθαι. Timae. p. 51 E. τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν διὰ διδαχῆς, τὸ δ' ὑπὸ πειθοῦς ἡμῖν ἐγγίγνεται. de legg. X. p. 885 D. Apol. Socr. p 35 C. Lach. p. 181 D. Thucyd. IV. 126. Plut praec. reip. ger. p. 818 C. Vit. I. p. 763 C. p. 907 E. p. 161 B. v. Stallbaum. ad Protag. p. 65 sq.

p. 62, 7. ἀρχαὶ] Wyttenb. conjecit ἄρχει ταῦτα — τὰ κοινωνήματα. Profecto habet hic locus aliquid scabri posuitque Xyland. lacunae signum ante ἀλλά. Wyttenb. minore distinctione incidit post κοινωνήματα. Tum Reisk voluit τὸ μὲν τῆς ἡδονῆς.

p. 62, 9. ἀγάπησις] Vide Lobeck. ad Phryn. p. 352. Sintenis. Plut. Pericl. p. 175. — Ante καθημέραν Ald. Bas.

p. 62, 10. οὔτε Δελφοὺς ἐλέγχει ληροῦντας] i. e. *quae ex illa voluptate quotidie nascitur gratia, honor, amor mutuus, fides, ostendit non temere, sed vere et recte Delphos Venerem Ἅρμα nuncupasse.* Nam οὐκ ἐλέγχειν τινα eleganter saepe dicit Plutarchus pro μαρτυρεῖν τινι, *veritatem alicujus dicti confirmare, suo exemplo dictum comprobare.* De rect. aud. rat. p. 40 F. καὶ τὸν Ἡράκλειτον οὐκ ἐλέγχουσιν εἰπόντα, βλὰξ ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ ἐπτοῆσθαι φιλεῖ, ubi v. Wyttenb. Inprimis Pindarus simili dictionis οὐκ ἐλέγχειν usu delectatur, veluti Olymp. VIII, 19.

ἔργῳ τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων.

i. e. *congruum erat corporis formae certamen.* Isthm. III, 13.

ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν σύμφυτον οὐ κατελέγχει.

i. e. *dignum se praestat patria avitaque virtute.* coll. ib. VII. vs. 66. Pyth. VIII. v. 35. Nem. III, 15.

p. 62, 10. Ἅρμα] Inepte vulgo cogitant de curru vel jugo. Ricardus Larcherum in *Memoire sur Venus* narrat conjecisse ἅρμα *conjunctionem.* Hesych. ἅρμη, σύνοδος σωμάτων. Sic Aeoles dixerunt ἄρπυς pro ἔρως (v. Hesych. s. v. et Etym. M. p. 148, 33.) et ἀρτὺς pro σύνταξις, φιλία, σύμβασις, κρίσις (Hesych. s. v.), ut ἁρθμὸς est saepe φιλία, *connexio, compactum* et cum φιλότης conjungitur, cujus rei exempla multa suppeditat Blomf. ad Aeschyl. Prometh. Vinct. vs. 199. coll. Wesseling. ad Herodot. VII, 101. Lobeck. Aglaoph. II. p. 846 sq. Pindarus Pyth. IX, 13. de Venere:

ξυνὸν ἁρμόζοισα θεῷ τε γάμον μιχθέντα κούρᾳ θ' Ὑψέος εὐρυβία.

coll Aeschyl. Suppl. vs. 1024. Hinc ἁρμόζειν γάμον *nuptias conciliare,* ἁρμ. θυγατέρα *filiam nuptum collocare,* v. Herodot. V, 32. IX, 108 et al. Wyttenb. ad Plut. praec. conj. p. 138 C. De Delphorum lingua, quae multa habebat priva ac propria, consule Müller. *Die Dorier* I. p. 212. II. p. 533. Lobeck. Aglaoph. Vol. II. p. 846 sq.

p. 62, 14. πόθεν;] ἕνεκά ποθεν E. ἕνεκα πόθεν Ald. Bas. Sed vide supra c. XVI. p. 760 B. Perizon. ad Aelian. V. H. XIII, 2. In Plut. de animi tranq. p. 477. fin. lego οὐχ ὅπως αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀναπνοήν τινα καὶ ῥᾳστώνην πορίζειν οὐκ ἔχουσιν. πόθεν; ἀλλ' οὐδὲ ἑτέρων — ubi vulgo ἔχουσιν ποθὲν, ἀλλ'. In idem bene jam Reisk. inciderat.

p. 62, 15. βουλόμενον] Ita conjecerunt Reisk. et Wyttenb. sententia postulante, ut rediret ad Solonem. Vulgo βουλόμενοι. Xyl. Mez. βουλόμενος.

p. 62, 16. δυσχερασμάτων] Hoc acceptum refero Gatakero. Vulgo σχημάτων. Wyttenb. conjecit ἰσχημάτων, God. Hermannus in literis ad me datis σχισμάτων. Plut. vit. Solon. c. XX. καὶ τὸ τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα. καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλοφροσύνη, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποστραφῆναι.

p. 62, 17. *τῶν γυναικῶν ἐρώτων*] Ita reposui ex E. pro vulgato *τῶν γυναικῶν ἐρώντων*. Wyttenb. et Hutten. ediderunt e Mez. *τῶν γυναικείων ἐρώτων*.

p. 62, 18. *τί δὲ οὐχὶ πλείονα*] Versus sunt senarii forsitan e Menandro petiti.

*— τί δ' οὐχὶ, πλείονας τῶν παιδικῶν*
*οἰκειότητας ἐμβλέπων, ὠλίσθανον;*
*ἀγένειος, ἁπαλὸς καὶ καλός νεανίας.*

Tum deest versus aliquis, cujus forsitan sententia fuit: *εἶτα τοῦτό με ἐποίησεν εὔχεσθαι τοῖς παιδικοῖς*

*ἐμφύντ' ἀποθανεῖν, καὶ ἐπιγράμματος τυχεῖν.*

Hic rursus senarius est. *Quidni vero cespitaverim, videns multo plures et majores juvenum inter se familiaritates? Ego qui essem juvenis imberbis, molliculus et formosus. Id me fecit optare, ut amplexus amasio meo morerer, et ejus rei causa titulum sepulcralem adipiscerer.* REISKIUS. Reiskii ratio haec *τί δ' οὐχὶ πλείονα τῶν παιδικῶν* versibus sequentibus adjicientis, satis est mira. Sed quin hic totus locus truncus sit et mutilatus, ne dubites. Equidem, quo metrum saltem resarciatur, scripsi *οἰκειότητος* codicis E. auctoritate motus pro vulgato *οἰκειότητα*, ni legere malis cum God. Hermanno *οἰκειότητα δ' ἐμβλέπων*. Ab eodem prudenter admonitus perversam interpunctionem ed. Wyttenb. mutavi, qua commate incideretur post *ὠλίσθανον*, sed puncto post *καλός*. Nam *καλὸς* cum proximis artissime cohaeret, ut sit *καλὸς ὥστε τινὰ* vel *ἐμὲ ἐμφύντα ἀποθανεῖν*. Nunc pro virili parte sententiam poetae, quem Euripidem esse autumo, enucleare conabor. Plutarchus, quo usque insanus puerorum amor progressus sit, ut declaret, poetae alicujus affert versus, quibus continentur hominis perdite amantis voces precesque. *Ego familiari conspecto eo delapsus sum, ut dicerem: juvenis imberbis mollis et pulcer, cui implexus obeam et titulum sepulcralem nanciscar.* Geminam prodit nequitiam votum Ovidii Amorum II. el. X. vs. 35 sqq.

*At mihi contingat Veneris languescere motu,*
*Cum moriar, medium solvar et inter opus;*
*Atque aliquis, nostro lacrimans in funere, dicat:*
*Conveniens vitae mors fuit ista suae.*

Propert. I. el. VI. vs. 25 sqq.

*Me sine, quem semper voluit fortuna iacere,*
*Hanc animam extremae reddere nequitiae.*
*Multi longinquo periere in amore libenter,*
*In quorum numero me quoque terra tegat.*

ubi v. Burmann. et Brockhus. ad II, 7, 98. Philetaerus ap. Athen. XIII. p. 587 E. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. vs. 441. Plut. non posse suaviter vivi sec. Epicur. p. 1094 A. *ἔστι μὲν οὖν ποικίλον καὶ λιμὸν τὸ φιλήδονον, οὔπω δέ τις ἐρωμένῃ πλησιάσας, ὑπὸ χαρᾶς ἐβουθύτησεν, οὐδ' ηὔξατό τις ἐμπλησθεὶς ὄψων ἢ πεμμάτων βασιλικῶν εὐθὺς ἀποθανεῖν.* — *Ὀλισθαίνειν* vero *imprudenter aliquo devenire sensimque a proposito deduci*, interprete C. Fr. Hermanno

ad Luc. de conscrib. hist. p. 13. h. l. est *delabi*, *cupiditate et voluptate transversum abripi ad aliquid dicendum.* Plut. de Pyth. oracul. p. 405 E. F. ὡς εὐθὺς ἕλκεσθαι πρὸς τὸ οἰκεῖον· οὐ μόνον, ὥς λέγει Φιλῖνος, ἀστρολόγους καὶ φιλοσόφους, ἀλλ' ἐν οἴνῳ τε πολλῷ καὶ πάθει γιγνομένων, οἴκτου τινος ὑποῤῥυέντος, ἢ χαρᾶς προσπεσούσης ὀλισθάνειν εἰς εὐωδὸν γῆρυν, ἐρωτικῶν τε κατεπίμπλαντο μέτρων καὶ ᾀσμάτων τὰ συμπόσια καὶ τὰ βιβλία γραμμάτων. Quaest. Symp. I, 5, 2. p. 623 A. αἵ τε γὰρ λῦπαι τὸ γοερὸν καὶ θρηνητικὸν ὀλισθηρὸν εἰς ᾠδὴν ἔχουσι. Quod ad auctorem attinet, cui hi versus sint attribuendi, jam supra p. 108. significavi, eos mihi videri desumtos esse ex Euripidis Chrysippo. Cicero Tuscul. Quaest IV. c. 33. *Atque, ut muliebris amores omittam, quibus majorem licentiam natura concessit: quis aut de Ganymedis raptu dubitat, quid poetae velint? aut non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius?* Nec vero adversabor ei, qui in dramate aliquo satyrico eos lectos fuisse credat, adductus loco Plut de animal. solert. p. 990 E. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὁμοίως ἑταῖρον ἀγένειον ἐπιδιώκων, ἀπελείφθη τῶν ἀριστέων, καὶ προὔδωκε τὸν στόλον, quae verba spectant ad Argonautarum expeditionem (hi enim sunt οἱ ἀριστεῖς, v. Intt. ad Eur. Med. vs. 5) et Herculem, Hylae sectatorem. — In Ald. οἰκηότητα.

p. 62, 21. ἐμφύντ' — κἀπιγράμματος] Ita edidi suasore Hermanno. Vulgo ἐμφύντα — καὶ ἐπιγράμματος. B. E. Ald. ἐνφύντα. Bas. ἐν φύντα.

p. 62, 22. παιδομανία] Plut. de cap. util. ex host. p. 88 F. οὐκοῦν μηδὲ μοιχὸν λοιδορήσῃς, αὐτὸς ὢν παιδομανής. v. Jacobs. Animadv. Anthol. I. II. p. 244 Voc. γυναικομανία usus Chrysippus ap. Athen. XI. p. 464 D. Reisk. conjecit ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνο θηλυμανία, οὕτω τοῦτο παιδομανία, consentientibus Mez. et Wyttenb.

p. 62, 23. φάναι] φῦναι B. E. Ald.

p. 62, 23. τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ σωφροσύνης] Ita correxi locum de meo. Vulgo absone et contra usum Plutarcheum τί δεῖ λέγειν; περὶ σωφροσύνης —. Plut. de def. orac. p. 411 E. τὰ γὰρ ἄλλα τί δεῖ λέγειν; ὅπου τὴν Βοιωτίαν —. Attigerunt hanc loquendi rationem Toup. ad Longin. p. 285. Wyttenb. ad Plut. de educ. puer. p. 2 F. Reiskius transpositis verbis legendum pronuntiavit: ἀρετῆς φάναι μηδ' ἄλλης μετεῖναι μηδὲ φιλίας. περὶ δὲ σωφροσύνης — ἔτι δὲ πίστεως καὶ δικαιοσύνης τί δεῖ λέγειν, ὅπου καὶ —. Wyttenb. cum Mez. maluit τί γὰρ δεῖ λέγειν περὶ σωφροσύνης;

p. 62, 26. ἐν πολλαῖς ἐπιφανὴς γέγονε; φάναι δὲ πρὸς τὰ ἄλλα] Vulgo totus locus misere depravatus legebatur sic: ἐν πολλαῖς ἐπιφανὴς γέγονε πρὸς τὰ ἄλλα κατὰ τὴν φύσιν αὐτῶν. ἀλλ' ἢ ψέγονται εἰς μόνην φιλίαν ἀνάρμοστον ἀποφαίνειν παντάπασι δεινόν. Sed librorum expendenda scriptura, quam non satis accurate enotavit Wyttenb. B. E. Ald. ἐν πολλαῖς ἐπιφανείαις· γέγονε δὲ πρὸς τὰ ἄλλα καλὰ (? Ald. κατὰ) τὴν φύσιν αὐτῶν, ἀλλ' ἢ ψέγοντας (Ald. ψέγονται) —. Bas. ἐν πολλαῖς ἐπιφανές. γέγονε δὲ πρὸς τὰ ἄλλα κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ἢ ψέγονται —. Unde Wyttenb. hanc effinxit scripturam ἐν πολλαῖς ἐπιφανὴς γέγονε· πρὸς δὲ τὰ ἄλλα καλὰ τὴν φύσιν αὐτῶν, μὴ ψέγοντας, εἰς μόνην φ. ἀ. ἀποφαίνειν eumque secutus Hutten. Reisk. periclitatus est: ἐπιφανὴς γέγονε κατὰ φύσιν αὐταῖς ὄν. ἀλλ' εἰ καὶ ὀρθῶς

πρὸς (vel εἰς) τὰ ἄλλα ψέγονται, εἴς γε μόνην τὴν φιλίαν ἀναρμόστους αὐτὰς ἀποφαίνειν π. δ. *apparet ipsarum naturae insitum. At, finge tandem, recte ipsas ob reliqua vitia et defectus reprehendi, attamen immane profecto est, eas solius amicitiae capaces non esse affirmare.* Equidem pressius codicum vestigiis insistens edendum curavi ἐν πολλαῖς ἐπιφανὲς γέγονε; φάναι δὲ πρὸς τὰ ἄλλα καλὰ τὴν φύσιν, ἀλλ' ἢ ψέγοντας εἰς μόνην φιλίαν ἀνάρμοστον ἀποφαίνειν παντάπασι δεινόν. Ex ἀνάρμοστον videtur ad πρὸς τὰ ἄλλα καλὰ mente supplendum ἁρμοστήν. Sed non celabo mihi ipsi hanc rationem non satis arridere.

p. 62, 28. παντάπασι δεινὸν] Ita edidi e B. E. edit. Reisk. et Hutten. Vulgo παντάπασιν δεινόν.

p. 62, 28. φίλανδροι] i. e. *viri amantes;* alias est *libidinosae.* Eurip. Androm. vs. 229 sq.

μὴ τὴν τεκοῦσαν τῇ φ ι λ α ν δ ρ ί ᾳ, γύναι,
ζήτει παρελθεῖν.

p. 62, 28. στερκτικὸν] στερητικὸν B. Ald.

p. 62, 30. ἡδύσματα] Reisk. vult ἥδυσμα, τὰ μέλη aut potius ἥδυσμα, μέλη absque τά. Tum E. μέλη καὶ μέτρα καὶ μέλη. Aristotel. Poetic. c. VI. λέγω δὲ ἡ δ υ σ μ έ ν ο ν μὲν λόγον, τὸν ἔχοντα ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν καὶ μέτρον et ibid. sub finem ἡ μ ε λ ο π ο ι ΐ α, μέγιστον τῶν ἡ δ υ σ μ ά τ ω ν. Plut. de glor. Atheniens. p. 347 F. καὶ μ έ λ η καὶ ῥ υ θ μ ο ὺ ς ἡ δ ύ σ μ α τ α τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται. De ἥδυσμα v. Jacobs. Socrat. p. 439. de ἐφαρμόζειν Wyttenb. ad Plut. de aud. poet. p. 16 C.

p. 64, 2. περιθεῖσα] Voc. de scena traductum illustravit Jacobs. ad Achill. Tat. p. 864.

p. 64, 5. τὸν Ξενοκράτη] Platonem cohortatum esse Xenocratem, ut *Gratiis litaret*, multi narraverunt, ut Diog. Laert. IV, 6. Plut. vit. Mar. c. II. Praec. conjug. p. 141 F. coll. Aelian. V. H. XIV, 9. Cic. de off. I, 30, 109. *contraque patrem ejus illum — nullam comitatem habuisse sermonis; Xenocratem quidem severissimum philosophorum ob eamque rem ipsam magnum et clarum fuisse.* Athen. IV. p. 163 A. οὐχ ὥσπερ σὺ Κυνικέ, ὁ μηδέποτε ταῖς Χ ά ρ ι σ ι ν, ἀλλ' οὐδὲ ταῖς Μ ο ύ σ α ι ς θ ύ σ α ς.

p. 64, 5. γενναῖον — καὶ μέγαν] Plut. de rep. VI. p. 494 C. ἐὰν τύχῃ — πλούσιός τε καὶ γ ε ν ν α ῖ ο ς, καὶ ἔτι εὐειδὴς καὶ μ έ γ α ς. Apol. Socrat. p. 30 E. προσκείμενον — ὥσπερ ἵππῳ μ ε γ ά λ ῳ μὲν καὶ γ ε ν ν α ί ῳ. — Ald. Bas. τἄλλα.

p. 64, 8. ἡδὺς * γυναικείοις] In B. E. literarum duodetriginta vacuum spatium. Reiskius deesse credit: ὅπως φίλτροις ἐμφιλοχωρῇ τοῖς γυναικείοις; Wyttenbachius autem ἡδέως συνοικῶν μὴ πρὸς ἑτέραν — collato Plut. praec. conjug. p. 141 F. 142 A. ὁ Πλάτων τῷ Ξενοκράτει βαρυτέρῳ τὸ ἦθος ὄντι, τἄλλα δὲ καλῷ κἀγαθῷ, παρεκελεύετο θύειν ταῖς Χάρισιν. Οἶμαι δὴ καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων, ἵν', ὡς ἔλεγε Μητρόδωρος, ἡδέως συνοικῇ, καὶ μὴ ὀργιζομένη, ὅτι σωφρονεῖ. Vide supra p. 133 sq. Quae ratio etsi minime omni veri specie destituta est, tamen multae aliae lacunae explendae viae iniri possunt, ut

ἡδὺς ἐμπνέῃ δώμασι γυναικείοις, quae poeticum haberent colorem, coll. Aeschyl. Choeph. vs. 35. Nunc sic interpretari lubet locum: *ut libenter maritus una cum uxore domi remaneat.* γάμον enim nonnunquam esse *uxorem ductam*, observarunt Held. ad Plut. Aemil. Paul. p. 148. Pflugk. ad Eur. Androm. vs. 103. et ad Helen. vs. 427.

p. 64, 11. οἵαν ἀδικῶ] E Menandri fabula Περικειρομένη hunc versum petitum esse conjecit Meinek. p. 137. apud quem scriptum rectius: οἵαν ἀδικῶ γυναῖχ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ.

## Caput XXIV.

p. 64, 16. ὀδαξησμὸν] ὀδαξασμὸν (η superscr.) B. ὀδοξασμὸν Ald. Bas. (iidem ante δάκνων) Plut. Symp. Quaest. V, 10, 4. p. 684 E. εἰκὸς δὲ μᾶλλον ἐμποιεῖν τὴν ἁλμυρίδα τοῖς μορίοις ὀδαξισμούς, καὶ συνεξορμᾶν πρὸς τοὺς συνδυασμούς, scribere non debebat dubitare Wyttenb. ὀδαξησμούς. Ad sententiam comparabis Plat. Phaedr. p. 251 C. ibiq. Ast. Xenoph. Conv. IV, 28.

p. 64, 17. οὐδὲν ἦν δεινὸν] Aut sic scribendum cum Mez. aut οὐδὲν δεινόν. Vulgata enim οὐδὲν ᾖ δεινὸν nullo pacto tolerari potest. οὐδὲν ᾖ δεινὸν B. E. Ald. Bas.

p. 64, 18. κνήσεως] Ita Wyttenb. edidit ex B. E. Ald. Bas. Xyl. Mez. Reisk. fluctuat inter κνήσεως et γεννήσεως. Vulgo κινήσεως. — Tum Ald. πεπονθόντων.

p. 64, 20. δηκτικὸν] δεκτικὸν B. Ald. Tum ὁρῶσιν pro ἐρῶσιν B. E. Ald. In proximis Reisk. post ὑγρῶν additum voluit τινα.

p. 64, 22. καταστήσας] Reiskius non male conjecit καταστὰς *reductus ad quietem et stabilitatem.* Plut. Quaest. Symp. VIII, 7, 4. p. 728 E. ἀλλ' ὅταν ἀναζέσασα παύσηται καὶ καταστῇ. Sed vide de sanit. tuend. p. 130 E. ὁ γὰρ οὕτω καταστήσας τὴν ἐν βάθει ταραχήν. de rect. aud. rat. p. 46 F. οὕτως ὁ τῷ χαράξαντι καὶ τρώσαντι λόγῳ τὴν ἀβελτηρίαν ἀπουλῶσαι καὶ καταστῆσαι μὴ παρασχών, ἀπῆλθε δηχθεὶς καὶ ἀλγήσας ἐκ φιλοσοφίας, ὠφεληθεὶς δὲ μηδέν.

p. 64, 23. καθαιρεθεὶς] i. e. *compressus*, *sedatus*. Plut. vit. Themist. c. XXII. τὸν μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸν ἐποιήσαντο κατ' αὐτοῦ καθαιροῦντες τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ὑπεροχήν, ubi κολούοντες, quod aliis placuit, sapit correctionem. Similiter Plutarcho ἀφαιρεῖν saepe est animi morbum ac vitium *demere*, *tollere*, *sanare*, item affectum motumque animi *sedare*, ut docuit Wyttenb. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 38 C. Olim conjeci καθαρθείς.

p. 64, 23. αὕτη] αὐτῇ B. E. Ald. Bas.

p. 64, 24. ἡ δι' ὅλων λεγομένη σύγκρασις] Ad verborum et sententiae similitudinem congruit illud Plutarchi praec. conjug. p. 143 A. δεῖ δὲ ὥσπερ οἱ φυσικοὶ τῶν ὑγρῶν λέγουσι δι' ὅλων γενέσθαι τὴν κρᾶσιν, οὕτω τῶν γαμούντων καὶ σώματα καὶ χρήματα καὶ φίλους καὶ οἰκείους ἀναμιχθῆναι δι' ἀλλήλων, ubi v. Wyt-

tenbach. adv. Stoicos p. 1078 D. adv. Colotem p. 1111 F. coll. praec. reipubl. ger. p. 824 A. Heindorf. ad Plat. Sophist. p. 357.

p. 64, 24. ἢ τῶν ἐρώντων· ἡ δὲ τῶν ἄλλως] Ita emendavi locum vulgo foede depravatum cum Hutten. e Reisk. conjectura, quam etiam Wyttenb. probavit. Vulgo κρᾶσις, ἢ (ἡ Ald. Bas.) τῶν ἐρώτων ἄλλων συμβιούντων. — συμβιοῦν de *conjugio* attigit Wyttenb. ad Plut. l. c.

p. 64, 25. ἁφαῖς καὶ περιπλοκαῖς] Inutilis Reiskii conjectura inserentis ἀτόμων post ἁφαῖς. Plut. adv. Colot. p. 1112 C. μεταβολὴ συνελθόντων, ἀλλ᾽ οὐδὲ συνέλευσις, ἡ σύγκρασιν ποιοῦσα καὶ μῖξιν καὶ συμφυΐαν ἀλλὰ πληγὰς καὶ ἀποπηδήσεις. de invid. et odio init. p. 536. ἡ κακία — πολλὰς πρὸς ἄλληλα συναφὰς καὶ περιπλοκὰς ἐνδίδωσι.

p. 64, 27. οἵαν] οἵαν Ald. Bas.

p. 64, 30. ὡς ὅθ᾽] ὡς ὅτε B. E. Ald. Bas.; tum pro ἔχητον Ald. ἔσχατον, Bas. ἔσχετον. — Versus sunt Homeri Odyss. VI. vs. 183 sq. coll. Eur. Med. vs. 14.

p. 64, 32. καὶ γεννήσεως] Reisk. mavult καὶ ἀνάγκῃ γεννήσεως.

p. 64, 33. ἐρᾷν μὲν ὄμβρου γαῖαν —, ἐρᾷν δὲ ἥλιον σελήνης] Absolvi emendationem hujus loci, quam Wyttenb. inchoavit. Vulgo legebatur οὕτω γὰρ ἐρᾷν οἱ ποιηταὶ λέγουσι καὶ γῆς οὐρανὸν, ἥλιον δὲ σελήνης ἐρᾷν οἱ φυσικοί. Reiskius integritati loci consulturus καὶ delendum censuit. Bene egit Wyttenb. quod e B. E. interposuit ὄμβρου γαῖαν. Sed nunc demum loci scripturam plane expolitam esse eo, quod μὲν post ἐρᾷν e B. E. inserui et post verba ex E. sic collocavi: ἐρᾷν δὲ ἥλιον σελ. nemo diffitebitur. Euripides ap. Athen. XIII. p. 599 F. sq.

ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ᾽, ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ·
ἐρᾷ δ᾽ ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο.

Vide Matth. ad fragm. p. 364. Valcken. Diatr. p. 51. c. Meinek. Menand. p. 295 sq. et quae dixi supra p. 153. Ad hunc Coeli et Terrae amorem (v. Virg. Georg. II. vs. 325. Gatak. ad Antonin. X, 21. Wernsdorf Poet. Min. Tom. III. p. 538.) quidam ingeniose illum ἱερὸν γάμον Jovis et Junonis retulerunt. Alcman Musas fecit filias Terrae et Coeli, teste Diodor. Sicul. IV, 7. p. 412. ibiq. Wesseling. Jacobs. Animadv. Anthol. I. II. p. 216.

p. 66, 1. συγγίνεσθαι καὶ κυεῖσθαι] συγγίνεσθαι scripsi ex E. Vulgo συγγενέσθαι. Sed κυεῖσθαι de Sole dici non posse, acute pervidit jam Reiskius, qui legendum censuit ἡλίου δὲ σελήνην. Equidem conjicio καὶ κυεῖν (v. Lobeck. ad Soph. Ajac. p. 182 sq. ed. II.) ita ut κυεῖσθαι natum sit e proximo καὶ. Aeschylus ap. Athen. XIII. p. 600 B.

ὄμβρος δ᾽ ἀπ᾽ εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον.

p. 66, 2. γένεσιν] Perperam Reiskius tentavit γενέτιν, *matrem*, vel γενέτειραν. Hom. Il. XIV. vs. 201.

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Philostr. Vit. Apoll. III, 34. p. 125. αἰθὴρ, γένεσις θεῶν. Vide Intt. ad Hesych. I. p. 815. Jacobs ad Aelian. H. A. p. 71.

p. 66, 3. ἢ ἵμερος] ἠμέρος B. ἢ μέρος E. Ald. Bas. Ante B. E. ἀπολέσθαί ποτε. Tum pro κίνησιν Wyttenb. cum Mez. proposuit κύησιν, cui oblocutus sum jam supra p. 172.

p. 66, 6. ὡς εἰς ἀβεβαιότητα] τοὺς παιδικῶν ἐρῶντας ἀβεβαιοτάτους οἱ πολλοὶ λέγουσι. Ut ἐρῶντας malim quam ἔρωτας, facit sequens αὐτῶν et αὐτοὺς, quae alias penderent. REISKIUS. Vulgata, quae Reiskio scrupulum movit, erat: ὡς ἀβεβαιότατα πολλά. Refinxi locum ex conjectura Wyttenb. lenissima, cui et sententia et usus loquendi patrocinatur. Plut. vit. Lycurg. c. XIX. σκώπτοντος Ἀττικοῦ τινος τὰς Λακωνικὰς μαχαίρας εἰς τὴν μικρότητα. coll. c. XXX. vit. Nic. c. XIX. ὡς πρῶτον ὤφθη, σκώπτοντας εἰς τὸν τρίβωνα καὶ τὴν κόμην. de cap. util. ex hostib. p. 88 E. ἄν τις ὢν φαλακρὸς ἢ κυρτὸς ἑτέρους εἰς ταῦτα λοιδορῇ καὶ σκώπτῃ. Symp. Quaest. II, 1, 12. p. 634 B. ὅταν εἰς πενίαν λέγῃ πένης, ἢ δυσγενὴς εἰς δυσγένειαν, ἢ ἐρῶν εἰς ἔρωτα, ubi σκώπτῃ pro λέγῃ scribere malit Reisk. Adhibendi sunt Duker. ad Thucyd. VIII, 88. Baehr. ad Plut. Alcib. p. 63. Philopoem. p. 138.

p. 66, 7. τριχὶ διαιρεῖσθαι] Correxerunt Ruhnk. ad Tim. p. 190. et ante eum Mez. Vulgo τριχῇ αἱρεῖσθαι. Platonis enim locum ob oculos habuit Plut. Sympos. p. 190 E. ταῦτα εἰπὼν ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα, ὥσπερ οἱ τὰ ὄα τέμνοντες καὶ μέλλοντες ταριχεύειν, ἢ ὥσπερ οἱ τὰ ὠὰ ταῖς θριξίν. Simile vitium corruperat dictum Bionis ap. Stob. T. 66, 5. Vol. II. p. 440. Gaisf. ed. Lips. Βίων πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ κάλλος τυραννίδα ἔχει, Τὸ κάλλος, φεῦ, ἔλεγε, τυραννίδος τριχὶ καταλυομένης. Vulgatam τριχῇ ibi emendaverunt Valckenarius et Jacobsius in Anthol. IX. p. 128 D. De Platonis verbis decernere nil ausim, sed in nostro loco proverbialis locutionis speciem videtur habere τριχὶ διαιρεῖσθαι de rebus, *quae pilo* i. e. *re minima et tenuissima secantur*. Aristaenet. II, 1. ἐκ τριχὸς κρέμαται i. e. *res in discrimen adducta est*, de quo v. Jacobs. Animadv. Anthol. III. I. p. 141.

p. 66, 8. ἐνεαρίζοντας] Reisk. ἐνεαρίσαντας proposuit. Plut. de solert. animal. p. 959 C. ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ χρόνου χαριζόμενος καὶ συνεαρίζων τοῖς μειρακίοις. Reisk. conjecit συννεαρίζων. Equidem malim συνεραν-νίζων, coll. p. 963 B.

p. 66, 9. εὐθὺς ἐκ τῆς πολεμίας] Reisk. mavult ὥσπερ ἐκ γῆς πολεμίας. Hutten. recepit id, quod Wyttenb. cum Mez. conjecit, εὐθὺς ὡς ἐκ τῆς πολεμίας. Vide supra ad 4, 9. p. 105. Quaest. Symp. VII, 6, 3. p. 708 F. πρῶτον οἶμαι τοῦ πλήθους φείδεσθαι δίκαιός ἐστι, μὴ καθάπερ ἐκ πολεμίας ὁμοῦ πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισιτιζόμενος.

p. 66, 9. ἔτι δὲ] ἐπεὶ δὲ B. E. Ald. Bas. Demto δὲ facilius tolerarem ἐπεὶ, v. Wyttenb. ad Plut. de rect. aud. rat. p. 37 E.

p. 66, 11. *ἅμα καλῆς*] Bionis dicterii facetiam unusquisque facile persentiscet. Verbis ac specie non re differt illud Borysthenitae Sophistae dicterium, quod modo ex Stobaeo excitavi, ubi aut delendum est *τὸ κάλλος* aut scribendum *φεῦ τῆς καλῆς τυραννίδος*. Sed nostro in loco importunam illam vocem *ἅμα* vehementer turbare orationem, pervidit primus Reiskius, qui excidisse post *ἅμα* credidit *τμηθέντων* aut *κοπέντων* *simul cum abrasis crinibus*, quod certe deberet esse *τμηθεισῶν* et *κοπεισῶν*. An forte in *καλῆς* latet *κεκαρμένων*? Nunc reconditius delitescere hic suspicor acumen et dixisse Bionem: *ὡς ἅμα ἀλλαγῇ* (sc. *τριχῶν*) s. *ἅμα ἀλλαττομένων τυραννίδος ἀπαλλαττομένους ὑπ' αὐτῶν τοὺς ἐραστάς*. Plut. Sull. c. XXX. *τοῦτο καὶ τῷ βραδυτάτῳ Ῥωμαίων νοῆσαι παρέστησεν, ὡς ἀλλαγὴ τὸ χρῆμα τυραννίδος οὐκ ἀπαλλαγὴ γέγονε.*

p. 66, 13. *ὑπὸ Εὐριπίδου*] *ὑπὲρ* pro *ὑπὸ* habent B. E. Ald. Bas. Iidem post *ἔστι κομψά* pro *ἐστί κομψά*. Tum Ald. Bas. *ἀγαθῶνα*.

p. 66, 13. *καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν*] *καλὸν* omitt. B. E. Ald. Bas. — Euripidis dictum memoravit etiam Aelian. V. H. XIII, 4. repetiit Plutarchus vit. Alcib. c. I. Sed idem paulo aliter rem narrat Apophth. reg. et ducum p. 177 A. *τοῦ δὲ Εὐριπίδου τὸν καλὸν Ἀγάθωνα περιλαμβάνοντος ἐν τῷ συμποσίῳ καὶ καταφιλοῦντος ἤδη γενειῶντα, πρὸς τοὺς φίλους εἶπε, Μὴ θαυμάσητε· τῶν γὰρ καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι.* V. Jacobs. Animadv. ad Anthol. III. I. p. 129.

p. 66, 15. *ἐκδέχεται*] Ante *ἐκδέχεται* excidit aliquid. Deinde junctis, quae vacuo spatio praeter rem interjecto divulsa sunt, *μόνον οὐδ' ἐν πολιαῖς ὑπακμάζον καὶ ῥυτίσιν*. In Salmasiano Cod. sic reperi *οὐδ' ἐν πολιαῖς ἀκμάζων*. REISKIUS. Forte, *καλόν· ἐγὼ δὲ φημὶ ὅτι ὁ τῶν γυναικῶν τῶν καλῶν καὶ σωφρόνων Ἔρως οὐ μόνον ἐν γήρᾳ οὐδ' ἐν πολιαῖς*. Postremum est ex Bas. Xyl. pro vulgato *πολιᾷ*. WYTTENBACHIUS. Locus maxime lacer et mutilus, quem exStob aeo locupletavi. Vulgo haec uno tenore cohaerentia edebantur: *καὶ τὸ μετόπωρον καλὸν ἐκδέχεται μόνον * οὐδὲν πολιᾷ ἀκμάζων καὶ ῥυτίσιν*. In B. vacuum est spatium literarum tredecim, aliquanto majus in Ald. Sed in E. lacunae nullum vestigium. Primum illud patet, verba inde ab *ἐκδέχεται* dirimenda esse a superioribus, tum lacunam explendam esse ex Stobae. T. 64, 32. p. 426. Gaisf. T. II. ed. Lips. ubi e Plutarchi libro de amore (p. 91. ed. meae) proferuntur haec: *ὁ ἔρως — ἐξάπτεται μαλακῶς καὶ σχεδὸν οἷον ἐντήκων ἑαυτόν· ἁψάμενός τε τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός*. Inde nostrum locum sic correxi: *ἐκδέχεται οὐδ' ἐν γηρῶσιν ἀναπαυόμενος, μόνον οὐκ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων καὶ ῥυτίσιν, ἀλλὰ ἄχρι τάφων καὶ μνημάτων παραμένει* i. e. *amor manet ne in senibus quidem desinens, tantum non in canis et rugis vigens, sed usque ad sepulturam monumentumque perdurat.* Nam inter *καλὸν* et *ἐκδέχεται* haud dubie excidit *ἔρως δέ*. Sed illud ipsum *ἐκδέχεται* in mendo cubare videtur.

p. 66, 16. *ἐν πολιαῖς ἀκμάζων*] Correxit Wyttenb. e Bas. Xyl. Vulgo *ἐν πολιᾷ ἀκμάζων*. B. E. Ald. *οὐδὲν πολιῶσα ἀκμάζων*. Julian. Caesares p. 311. Spanh. *παρῆλθεν ἐπὶ τούτοις γέρων ὀφθῆναι καλὸς (λάμπει γάρ ἐστιν ὅτε καὶ ἐν τῷ γήρᾳ τὸ κάλλος) ἐντυχεῖν πρᾳότατος*. Philostr. vit. Apoll. VIII, 29. p. 369.

ἔστι γάρ τις ὥρα καὶ περὶ ῥυτίσιν, ἡ μάλιστα περὶ ἐκεῖνον ἤνθησεν. Plat. epigr. ap. Athen. XIII. p. 589 C.

Ἀρχεάνασσαν ἔχω τὴν ἐκ Κολοφῶνος ἑταίρην,
ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως.

Vide Jacobs. ad Philostr. Imag. II, 1. p. 53, 3. p. 404. Plut. an seni respubl. ger. p. 789 D. δόξαν ἤθους προστίθησι πολιὰ καὶ ῥυτίς. Eustath. de Amor. Ismen. IV. p. 146. Teucher. ἀνὴρ ἑκατοντεπέμπελος παρακάθηται τῇ φλογί, ὅλος ῥυτίς, ὅλος πολιά. Cic. de senect. 18, 62. *non cani non rugae repente auctoritatem arripere possunt.* coll. Ovid. Fast. V, 57. Senec. de vita beata c. 8.

p. 66, 18. πιστῶς ἅμα καὶ προθύμως] καὶ abest ab Ald. Bas. Plut. de frat. amore p. 491 D. φίλοις πιστοῖς καὶ προθύμως συνδιενεγκοῦσιν ἀποδημίαν ἢ στρατείαν. Tum δ' post βούλομαι abest ab E.

## Caput XXV.

p. 66, 21. Ἰούλιος] Julius et Sabinus idem homo est, Julius Sabinus. Male dividit Plutarchus. Si dicas, ad Julium Vindicem respici, at ille non sub Vespasiano tumultum edidit, sed sub Nerone. Potest tamen sic accipi, ut Julii Sabini turbae reliquiae fuerint seditionis a Julio Vindice concitatae. V. Tacit. et Dion. Cass. 1068. REISKIUS. B. E. Κιούλιος. Julii Sabini historiam narrant Tacitus Histor. IV. c. 67. et Dio Cassius LXVI. c. 3. et fuse persecutus est Dion. Franz. Secousse *histoire de Julius Sabinus et d'Epponina sa femme* in Tom. IX. Memoires de l'Academ. des Inscript. p. 424—445. ut cognitum habeo e Kaltwassero, sed librum oculis usurpare non contigit. Locum vertit Victor. Var. Lect. XVIII. cap. 15. Vide Wyttenb. praef. ad Plut. Op. Mor. T. I. p. XXIV. ed. Lips.

p. 66, 22. ἄλλους τε] ἄλλους τὲ B. E. Ald. Bas.

p. 66, 23. ἀνθρώπων πάντων] Non placet hoc Wyttenb. qui proponit Γαλατῶν πάντων, vel ἀνθρώπων τῶν ἐκεῖ πάντων vel τῶν ἄλλων πάντων.

p. 66, 24. ἁψάμενοι δὲ πραγμάτων μεγάλων] Plut. vit. Philop. c. XIV. ὡς χρὴ πραγμάτων μᾶλλον ἅψασθαι μεγάλων. v. Baehr. ad vit. Pyrrh. p. 166. — Tum Ald. Bas. αὐτούς.

p. 66, 26. ἐκποδὼν] Ita emendavi e B. E. Vulgo ἐκ ποδῶν. Tum post βαρβάρους in E. lacuna novem literarum exsulantque verba ἦν δὲ γυναῖκα. Tum Bas. ἥρωΐδα.

p. 66, 28. Ἐμπονὴν] Tacitus lib. 20. *Epponinam* vocat ut quidem hodie legitur. Apud Xiphilinum e Dione in Vespasiano *Peponila* legitur. De voce disputare non vacat. XYLANDER. Σεμόνην, *Semonam.* Semo, Semonis, heroem notat. SALMASIUS. Acuta est Salmasii suspicio. Macrob. Saturn. I, 16. *apud veteres quoque qui nominasset Salutem, Semoniam, Sejam, Segetiam, Tutilinam, ferias observasset.* Liv. VIII, 20. *bona Semoni Sanco*

*censuerunt consecranda.* et al. Sed dubitationem injicit Fulgent. in Exposit. Serm. antiq. p. 172. Munker. *Semones dici voluerunt deos, quos nec caelo adscriberent ob meriti paupertatem, sicut sunt Priapus, Epona, Vertumnus.* De *Epona* vide Intt. ad Juvenal. Satir. VIII, 157.

p. 66, 29. ἣν οὔτε ἀπολιπεῖν] ἣν inserui de meo. Hutten. intrusit ταύτην e Xyl. vers. probatum etiam a Reisk. et Wyttenb.

p. 66, 30. ἀποθήκας] De his subterraneis cameris v. Odofr. Müller. Orchomen. p. 244 sq.

p. 66, 31. συνῄδεισαν] συνείδησαν Ald. Bas.

p. 68, 3. τῷ * τῆς γυναικὸς] Non ratio hic, sed verba Plutarchi desunt. *Volebat* (inquit) *ejulatu uxoris confirmare de morte sua opinionem, ut nimirum deinde, investigatione sublata, tutius evaderet.* XYLANDER. F. ἐβούλετο γὰρ τῷ πένθει τῆς γυναικὸς ἀληθινῷ χρῆσθαι τεκμηρίῳ πρὸς πίστιν —. REISKIUS. In promtu est supplere cum Mez. τῷ πένθει χρῆσθαι τῆς γυναικὸς ἀληθινῷ —. WYTTENBACHIUS. In B. lacuna est tredecim literarum, in E. quatuordecim.

p. 68, 5. μετὰ * καὶ ὀλοφυρμῶν] Deest hic δακρύων, vel στεναγμῶν, vel οἰμωγῶν, vel simile vocabulum. REISKIUS. Item in promtu est supplere θρήνων, vel δακρύων, vel simile, cum Mez. WYTTENBACHIUS. In B. E. lacuna octo literarum. Equidem lacunam sic expleverim: μετὰ οἴκτων καὶ ὀλοφυρμῶν. Plut. consol. ad Apoll. p. 166 E. ἢ ταπεινοῦσθαι καὶ καταπίπτειν πρὸς οἴκτους καὶ ὀλοφυρμοὺς διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀσθένειαν. Sed fortasse immerito hic lacunae signum positum. Potest enim, quod hic scriptum est, sic accipi, ut sit καὶ μετὰ ὀλοφυρμῶν. Nam haec insolentior copulae collocatio ad μετὰ exemplis minime destituta est, quae suggesit Jacobs. ad Aelian. H. A. p. 485.

p. 68, 9. καὶ μηδὲ * πιθανὴν] F. καὶ μηδέν τι ἧττον πιθανὴν, aut καὶ μηδὲν παραλείπειν, ὥστε πιθανὴν. REISKIUS. Et hic facilis est supplendi ratio, μηδὲν ἀνιέναι, ἀλλὰ πιθανὴν —. WYTTENBACHIUS. In B. καὶ μὴ δὲ et post haec lacuna viginti duo literarum, in E. καὶ μὴ δὲ et post haec lacuna undeviginti literarum.

